

re quercum, quæ ob id Phellodrys vocatur. Vide Rellium *lib. 1. cap. 89.*

Acyphas, ἀκίφας, oppidum est in Dorica tetrapoli, ut ex Theopompo refert Stephanus.

|| Acyterium, medicamentum impediens conceptus. L.M. ||

Acytos, ἀκυστός, Stephano Insula est non procul à Creta, è regione Cydoniæ civitatis, quæ alio nomine Melos appellatur. Vide Plin. *lib. 4. cap. 12.*

Acyrologia, ἀκυρολογία, Latine impropria locutio, qualis est illa Virgil. 4. *Æneid.*

*Hunc ego si potui tantum sperare dolorem.*

Ubi sperare, pro timere dixit: quum proprie speremus bona, timeamus adversa. Ab aliis dicitur dictio minus convenienter elata, vel non propriis dictionibus obscurata sententia: ut, Accede ad ignem hunc, jam calefces plus satis. Ibi enim nullus significatur ignis, sed meretrix. Dicta autem Acyrologia, quasi ἀκυρολογία, hoc est, improprius sermo.

## AD

Ad, ἄδ, ἐπί, ἐν, παρά, cum Accusativo. GALL. *Auprés, vers.* ITAL. *Appresso, verso.* GERM. *Zu oder bey.* HISP. *Cerca de lugar ò de persona.* Præpositio accusativo juncta propinquitatem significat, càmque frequentissime conjunctam cum motu ad locum, vel ad personam. Cic. in *Vaticinium*, Venisti ad fratrem per Mauritianiam. Terent. in *Andria*, Venit ad me Chremes postridie. In hoc itaque differt à præpositione Apud, quòd hæc nunquam motum, neque ad locum, neque ad personam importet: Ad, verò frequentissime motui seruit, sæpe etiam quieti, ut infra ostendemus. Gell. *c. 1. lib. 12.* Ad domum prosequi. Plaut. *Milit. sc. 2. a. 1.* Insinuat sese ad illam. Idem *Capt. sc. ult. a. 5.* Ad pudicos mores facta fabula. Idem *Aul. sc. 1. a. 1.* Me miseram, decies ad hunc modum extrudit uno die. Et ut ad id exemplum somnium quàm simile somniavit. Idem *Milit. sc. 4. a. 2.* Idem *sc. 1. a. 1.* Cùm ad forum advenero. Gell. *cap. 26. lib. 2.* Cùm ad Frontonem ægrum viseret. Plaut. *Capt. sc. 4. a. 5.* Dabo te ad carnificem (i. m. itam.) Idem *Afin. sc. 3. a. 3.* Ad me adi vicissim. Idem *Capt. sc. 2. a. 2.* Ad fratrem captivum inviso meos. Ibidem *sc. 1. a. 4.* Genu ad terram dabo. Ovid. *Eleg. 4. lib. 5. Trist.*

*Et dicunt laudes ad tua vina tuas.*

Plaut. *Men. sc. 1. a. 1.* Num ad eum inviso. Idem *Amphit.* Hæc me modo dedit mortem vedit. Idem *Afin. sc. 3. a. 3.* Ad langorem tua duritia dederis octo viros. Ibidem *sc. 4. a. 3.* Ego te ad pistorem dabo. Loqui ad populum pro reo. Idem *Men. sc. 2. a. 4.* Ad populum legere. Tradere ad posteros gloriam. Quintil.

*Hoc est ad vestros non leve crimen avos* (i. avis vel apud avos.) Ovid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Non ausit Mars æquiparare suas virtutes ad tuas, (i. tuis, *esgaler ses vertus aux tiennes.*) Plaut. *Mil. sc. 1. a. 1.* Differt à præpositione In, quòd hæc ingressione terminum significet: Ad, verò tantummodo accessum ad terminum. Unde rectè dixeris, Iudicem, vel Prætozem in tribunal se conferre, Litigatorem autem ad tribunal. Sic ad Urbem olim accedebant Imperatores, qui ob res prosperè gestas triumphum sibi decerni cupiebant: quique antequam hoc impetrassent, urbem cum fascibus & imperio ingredi non poterant. ¶ Sepè etiam, ut diximus, sine ullo ponitur motu, ut idem sit quod apud, *παρά* cum dativo. Cic. *pro Calio*, Habes hortos ad Tyberim. Idem *pro Flacco*, Qui producti, tabulas se publicas ad speluncas perdidisse dicebant. Ita etiam aliquando cum accusativo personæ, quo locus citra motum denotatur. Idem in *Verr. act. 2.* Decem filci ad Senatorem relictæ. Idem *Attic. lib. 9.* Dionysius ad me fuit benè manè, hoc est, domi Senatoris, domi meæ: accusativus personæ pro loci accusativo. ¶ Multiplex præterea huius præpositionis est usus: ut, Quum pro in, cum ablativo ponitur. Plaut. *Capt. sc. 1. a. 4.* Ad portum nactus nescio quem, i. in portu, & Quintil. Ad libellum respicere (ut pueri solent.) Ad manum arma debere habere. Idem Cic. in *Pison.* Deprehensus denique cum ferro ad Senatam est. Cæf. *Bell. Gall. 5.* Totam hyemem ipse ad exercitum manere decrevit. ¶ Pro Circa. Cic. *Attic.* Ad quæ tempora te expectem, facias me certiorum velim. ¶ Pro Versus: ut, Ad Orientem, ad Meridiem. Plaut. *Pseud. sc. 7. a. 4.* Sic, Ad sidera, Ad cælum tendere manus, sive oculos. Virg. 1. *Æneid.*

*duplices tendens ad sidera palmæ.*

¶ Pro Præ. Terent. in *Eunuch.* Est-ne, ut fertur, forma? p. Sanè. CH. At nihil ad nostram hanc. Pro Iuxta, vel Apud. Plaut. *Afin. sc. 3. a. 4.* Ad amicam potare. ¶ Pro Post. Cic. *Attic. 12.* Nescio quid interit, utrum illinc nunc veniam, an ad decem annos. ¶ Pro Propter. Propert. *Eleg. ult. lib. ult.*

*Panditur ad nullas ianua nigra preces.*

Livius 1. *ab Vrbe*, Inde quum aliæ boves quædam ad desiderium, ut fit, relictarum mugissent, id est, propter desiderium: vel præ desiderio. ¶ Interdum etiam idem valet, quod Pro: ut apud Græcos *eis* accipitur. Plaut. *Aulul. sc. 2. a. 3.* Venimus coctum ad nuptias, i. pro nuptiis. Idem *Milit. sc. 2. a. 2.* Bonum habet hortum ad omnes mores maleficos. Terent. Argentum dabitur ei ad nuptias, id est, Nuptiarum causa, *ἕνεκα*, Cic. 5. *Verr.* Qui ad statuum pecuniam contulerunt. ¶ Pro Ante, Plaut. in *Amphit. sc. 2. a. 4.* Quis ad fores? i. ante ostium, qui est à l'huis: ut, Ad limina expectare. Virg. 4. *Æneid.*

*Reginam thalamo cunctantem ad limina primi  
Pænorum expectant.*

Ad pedes se abjicere. Cicero *Attic. lib. 2.* Clodius abjecta toga, se ad generi pedes abjicit. ¶ Pro De. Luc. 19. Ait Iesus ad eum, quia hodie salus domui huic facta est, id est, de eo: non enim sermo dirigitur ad Zachæum, sed ad circumstantes: & ad Hebr. 1. Et ad Angelos quidem dicit, id est, de Angelis: & *cap. 4.* Ad quem nobis sermo, i. de quo. ¶ Pro Præter, *παρά*. Terent. in *Andr.* Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam. ¶ Pro Secundum, similitudinem scilicet significans: ut, Ad arbitrium, ad nutum alterius. Plaut. *Merc.* Ad istam faciem virum quaero, ¶ Pro Quantum ad. Cic. 3. *Verr.* Vidi simul cum populo Ro-

*Calepini Pars 4*

mano forum, comitiumque adornatum ad speciem magnifico ornatu: ad sensum cogitationemque acerbam & lugubrem, id est, Quantum ad speciem, Quantum ad sensum. ¶ Pro Usque ad, vel Uique in: Cic. Ad multam noctem contenderunt. Cæsar ad horam nonam in anchoris expectavit. Livius, Ad lucem acerrimè pugnatum est. Gell. *cap. 1. lib. 12.* Ad domum prosequi Senatorem. Pro Prope. Cic. in *Verr.* Ad urbem cum esset Verres audivit, &c. Idem in *Ant.* Is dixit se usque ad kal. Maias ad urbem exercitum habiturum. Idem in *Verr.* Crux quæ posita est ad portum. ¶ Pro Adversus, Gell. *cap. 8. lib. 18.* quæ (dissimulatione sup.) ad Sophistas utebatur. Catullus *ad Mallium.*

*Cæperat ad sese Troia cedere viros.*

¶ Pro Apud, personæ accusativo. Plaut. *Afin. sc. 3. a. 1.* Ad amicam potare (i. apud.) Idem *Mil. sc. 6. a. 2.* Vise ad me, iam scies, i. apud me & domi. Et *Most. sc. 1. a. 1.* Conspicatus ad portum herum. Ad aliquem cenare. Gell. *cap. 7. lib. 19.* Ad aurem invocare. Quintil. Plaut. *Afin. sc. 2. a. 5.* Quid tibi huc receptio ad te est, meum virum (i. apud.) Ad anchoram stare. Cæf. *lib. 3. de bell. cin.* Plaut. *Mil. sc. 6. a. 2.* Me despectisse ad te per impluvium fateor, i. apud te, & domi tuæ. Idem *Capit. sc. 5. a. 3.* In libertate est ad patrem. Liv. *lib. 3. ab Vrbe.* Quæ mandata habeant à Senatu Rom. ad Quercum iubet dicere (i. apud arborem,) se interim alia acturum. Quo genere loquendi præter Plautum utitur Cæf. *lib. 3. belli civilis*, Magnam tamen hæc res illis offensionem & contempionem ad omnes attulit: ut Græcè, *ἄδς πάντων*. Apud Horat. *lib. 2. Serm. Satyr. 6.*

*semper eris derisor ad omnes:*

id est, adversus, sive erga. Pro Super. Plaut. *Afin.* Hoc recipio ad me. Cic. recipio in me, *Je le prens sur moy.* Pro At, apud veteres. Salust. in *Orat. Cotta Cos.* At contra in his miseriis cuncta me cum fortuna deseruere. Catullus: At Acme, leviter caput reflectens, ad impatientiam delabi. Cornelius Tacitus *lib. 15.* Ad integrum, *ἀνοδύνας*, integritem delabi. Macrobius *Comment. lib. 1. cap. 3.* Et hæc est prima incorporea natura post corpora: sed non purè, nec ad integrum carens corpore. Ad lecticam homines, id est, lecticarii. Catullus in *Epigr. de Vari scorto*, *Ære comparasti ad lecticam homines.* Et Cæsares corpora lecticariorum habuerunt, Ob id quibusdam sitorum inscriptionibus ex corpore lecticariorum Cæsaris. ¶ Ad, præponitur interdum adverbio, ut apud Gell. *lib. 7. cap. 7.* Adfabrè, Adprobè. Plaut. *Capt. sc. 1. a. 4.* Nemo adæquè fortunatior. Et *Most. sc. 1. a. 1.* Quo nemo adæquè parcus, nec magis continens. Idem *Aul. sc. 5. a. 3.* Ad postremum cædit Miles (i. postremo loco.) Ad ultimum, Velleius. Gellius *lib. 2. c. 29.* Ad postremum igitur domus filio: Valeant, inquit, amici cum propinquis. Ad urbem Imperator. Alconius Pædianus in *4. Verr.* Omnis enim magistratus, qui intramuranus non est, nec urbanus etiam, si administrator ejus Romæ est, ad urbem ducitur. Salustius, Li utriusque ad urbem Imperatores erant. ¶ Aliquando significat rei usum. Cic. *sexta Verr.* Quo solitus erat uti ad festos dies, & ad hospitem adventum. ¶ Aliquando officium. Unde ad manus servus dicitur, qui & a manu, sive Amanuentis, de quo antea. Sic, Ad cyathos stare, dicuntur pincernæ vini administratores, & apud Græcos, *ἄδς κέρυκι*. ¶ Ad limina custos, qui est ædituus. Iungitur & cum gerundiis in dum: ut, Fuit ad lavandum. Terent. in *Andr.* Nec satis ad objurgandum causæ. ¶ Ad tempus, duobus modis sumitur: uno ad conditionem temporis, necessitatem & opportunitatem. Cic. *Dolabella*, Ad exemplum facti. Plancius *Ciceroni*, Si autem in itinere meo se opposuerit, ad annum consilium capiam. Altero ad spatium temporis: ut, Silebo ad annum, latebo ad tempus, id est, usque ad tempus quoddam. Ovid. 4. *Fast.*

*Faciamus ad annum.*

*Pastorum domina grandia liba Pali.*

Quintil. Si ad horam constiterit Orator. Cæf. *lib. 1. de bell. cin.* Misso ad vesperum Senatu. Ad unguem, id est, exquisita diligentia, atque exactissima cura. Ad hunc modum, ad illum modum, vide *Modus*, & hinc supra. Senec. *cap. 6. de Consol. ad Elb.* Ad cæli naturam intemperantius. Quintil. Ad legem & regulam compositus. Item, Ad hoc, vide *Hoc*. Senec. *epist. 72.* Ad literam locum dicere, ad perfectum, ad plenum. Et Liv. *lib. 5. d. 4.* Ad liquidam veritas explorata. Suet. *Tib. cap. 68.* Ad breve videre. Ad terram deligare navem. Cæf. 3. *de bell. cin.* Ad remum servi. Liv. 4. *d. 4.* Ad dignitatem restituere. Cæf. *lib. 1. de bell. cin.* pro in dignitatem. Ad tribunos dare nomina. Liv. *lib. 5. d. 5.* Hæc ad verbum dixit Suet. in *Cæs. 5. cap. 30.* Ad flumen profuit, *ibid. cap. 12.* pro in flumen. Ad Tribunum dare nomina. Liv. 5. *d. 5.* Ad manum hæc arma debere habere. Quint. Ad terram dare & affligere. Suet. in *Calig. cap. 96.* Ad supplicium dati. *Ibid. cap. 11.* Ad considerandum ponere bellum. Gell. *c. 2. lib. 12.* Ad formulam suam exigere aliquem. Senec. *c. 4. de vita beata.* Ad manum ministrare tela. Quint. Ad hanc regulam non sunt loquuti. Idem, Ad militares invisum nomen Populi Rom. Liv. *lib. 4. bell. Pun.* Damnata matronæ ad populum. Idem *lib. 10. ab Vrbe.* Ad flammam ludare. Suet. *Aug. c. 82.* Marius creatur Consul, cum ad exercitum esset. Liv. *lib. 4. d. 3.* A marmorariis ducta metaphora, qui superinducto ungui commissuras explorant marmorum. Horat. Cocceius ad unguem factus homo. Sunt aliæ quoque huius præpositionis locutiones: ut, Ad pedes desilire. Cæf. pro de equo descendere: sic sæpe Liv. ad dexteram, ad sinistram, scilicet manum. Terent. in *Adelph.* Ad sinistram hæc recta platea. Plaut. *Milit. sc. 4. a. 2.* Respice ad lævam. Ovid. *Eleg. ult. lib. 4. Trist.*

*positos ad læva Tomitas.*

¶ Ad extremum, ad postremum, ad ultimum, quæ aliquando ordinis sunt, vel temporis, & pro Denique, vel postremo, vel tandem, accipiuntur. Aliquando nullius sunt ordinis. Ad summam, & ad summum, vide in *Summatim*. Ad verbum, idem est quod De verbo ad verbum. Cic. Fabellas Latinas ad verbum de Græcis expressas. Plinius, Ad verbum translata sententia. Ad unum, idem quod nullo excepto. Livius 2. *ab Vrbe*, Quos Consul Romanus in Algido consecutus, ad unum omnes occidit. Sic, Ad Iyram canere, Ad lucernam studere

studere. Et Cic. Ad eum nuntium commoti sunt omnes, id est, audito eo nuntio. Ovid.

Mortua, crede mihi, tamen ad tua verba revixi.

¶ Ad eum finem. Tacit. lib. 14. Quod ad eum finem memoravimus. Ad genus faciendum, pro Ad sobolem procreandam. Justinus Histor. lib. 9. Viginti millia nobilium equarum ad genus faciendum in Macedonia missa. Ad finem mortalitatis accessisse, eleganter dictum de imminente fato vitæ supremæ. Suetonius in Clodio. Et in ultima cognitione pro tribunali, accessisse se ad finem mortalitatis, quam abominantibus qui audiebant, semel, atque iterum pronuncia- vit. ¶ Cæterum notandum quod Ad, in compositione quum jungitur dictionibus incipientibus à c f g l n p r s t, mutatur d in litteras se- quentes: ut Accurro, Afferro, Aggrego, Allego, Annumero, Appono, Arrogo, Assisto, Attribuo. Excipiuntur Agnosco, in quo d abjicitur, aut in g mutatur, sicut in Agnatus, euphoniae causa: similiter Adsum, ubi d remanet, sicut suo dicitur loco. Sed si componatur cum a b d e h i o u, semper d integra manet: ut, Adamo, adbibio, adbrevisio, addu- co, adeo, adhibeo, adimpleo, adoleo, advoco. Si verò cum q, d mutatur in c, ut Acquirro. Anquiro autem ab An fit, quod significat circum, ut latius suo loco dicitur.

Ada, ἄδα, filia fuit Hecatomni Cariae regis, & Artemisiae soror, quæ Hy- drico fratri nupsit, ut tradit Strabo lib. 14.

Adachida, gens Libyca, Steph.

Adadata, ἄδατα, civitas Pisidarum, ad Taurum montem. Strabo lib. 12.

Adad, teste Macrobio Saturn. lib. 1. cap. 23. non Adab, quemadmodum hæcenus legebatur, Assyriorum summus habebatur Deus: cui etiam deam Atargatim uxorem assignabant, per Adad Solem, per Atarga- tim Terram intelligentes: quod ex his duobus potissimum cuncta crederent procreari.

Ada, ἄδα, oppidum est Æolidis, 40. stadiis ab Hydera promontorio distans, non procul à Cuma. Autores Strab. lib. 12. & Plin. lib. 5. c. 30.

Adæquæ, æquæ, pariter, æqualiter. { בְּשָׁוִי בִשְׁוִי beschavoh. inims. GALL. Pareillement, aut tant. ITAL. Parimente. GERM. Gleichsch. HISP. Ygual, y semejante. ANGL. Egadlie. } Plaut. in Cas. Neque est, neque fuit me senex quisquã amator adæquæ miser. Vide supra in Ad.

Adæquare, æquare, exæquare, parem facere. { שִׁוְוָה schivvâh. ἰμῶδι- ζειν. GALL. Egaler, faire égal. ITAL. Vguolare, spianare. GERM. Ebenen/ eben machen. HISP. Ygualar una cosa à otra. ANGL. To mak equal. } Cic. de universit. Ut Deorum vitam possint adæquare. Idem, Adæquare cum virtute fortunam. Liv. 1. ab Vrbe, Romanus pas- sim publica, privatæque omnia tecta adæquat solo. Cic. pro Cor. Qui in summa amicorum copia cum familiarissimis eius est adæ- quatus.

¶ Adæquatio, æquabilis divisio hæreditatis inter fratres. L. IC. ¶

Adæro, as, are, ab ære deductum, significat Ære aestimare. { הִבְרִיחַ he- berich, תּוֹקִיר tokir. ἔξαγορεύω. Bud. Annot. 2. GALL. Appreier à argent, priser. ITAL. Stimare à contanti. GERM. Zu gelt anschlas gen/ oder schânen. HISP. Estimar à apreciar con dineros. ANGL. To pryse or value. } Hinc Aderatio, prædia apud Iuriconsultos, ex quibus certum æs præstatur. Et aderatio, æstimatio ad æris pretium.

Adæstuo, as, aui, are. { חָמַח hamach, חָמַר chamâr. ἀεστουμαίνα, ἰσπε- ζω. GALL. S'enfler d'ondes & flots. ITAL. Haver gran caldo, onde- giare. GERM. Vor vngestûme aufstausen/ vberlausen. HISP. Mucho herver, rebollar. ANGL. To over flowe. } quod est extra æstuo, exundo incremento. Virg.

— fundòque exæstuat imo.

Justin. lib. 1. Quæ materia in his locis passim è terra exæstuat. Sue- ton. Fossas omnes, in quas Nilus exæstuat, oblimatas longa vetusta- te, militari opere deterfit.

Adæggero, as, quasi aggerem facio, cumulo. { אָסַף sal, צָבַר tsabar, ἀε- σταίω. GALL. Accumuler, amonceler. ITAL. Accumulare, am- massare. GERM. Zusammen hâussen. HISP. Amontonar. ANGL. To heape. } Cato cap. 94. Quum ver appetit, terram adaggerato benè. Colum. lib. 5. cap. 18. Plin. lib. 36. cap. 18. Compositum ex Ad, & aggero, quod ab Agger, eris, derivatur.

Adagium, gii, & apud antiquos Adagio, onis, est sententia brevis, rebus temporibusque accommodata, tectum latentemque in oratione fen- sum obtinens. { אָדָגִיּוּם maschâl. παροιμία. GALL. Vn proverbe, un rencontre. ITAL. Proverbio. GERM. Ein Sprûchwort. HISP. El re- fran. ANGL. A proverbe. } Dictum Adagium, quasi circummagium, quod, teste Varone, passim per hominum ora obambulet.

¶ Adagonista, incitator, certator, Cath.

Adaligni, Edaligni, nobiles, ingenui. Cod. II. ¶

Adalligo, as, are. Ad aliquid ligo. { אָסַף asâr, צָבַר tsarâr. ἀεσθίω. GALL. Lier à quelque chose. ITAL. Legar à qualche cosa. GERM. Anbinden. HISP. Atar una cosa à otra. ANGL. To knitt the ani thing. Plin. lib. 20. c. 21. Quin & semen tritum adalligant brachio.

Adam ἄδαμ, Hebraica lingua (sicut lib. 1. Ios- phus scribit) idem est quod Ruber: quoniam è rubra terra factus est.

Adamâs, { שְׁחַמִּיר schamir. ἄδαμα. GALL. Diamant. ITAL. & HISP. Diamante. GERM. Ein Demant. ANGL. an adamant. } Lapis maximi inter gemmas omnes pretii, ab a privativa particula, & δαμαζω, do- mo, quod durissimus credatur, & nulla vi domabilis; quod tamen falsum esse sæpius compertum est. Nulla tamen re facilius, quam hircorum calido sanguine dissolvitur. Sunt autem adamantum ge- nera quatuor, scilicet Indicus, Arabicus, Macedonicus & Cyprius. Qui in India nascitur, æquè magnus est ac nucleus avellanæ: cui similis est Arabicus, sed aliquanto minor. Qui in Macedonia in Phi- lippico arvo inventus est olim, cucumeris lemini par est magni- tudine. Cyprius colore aërium representat, & in medicamine plu- rimum valet. Est etiam Adamas cognomine Siderites, quod ferri sit splendoris, cæteris adamantum generibus ponderosior, sed diffi- mili natura, utpotè qui frangatur facilius, & adamante alio perso- retur, nempe eo qui Cyprius est. Volunt quidam in adamante Indico (qui omnium pretiosissimus est) tantam inesse vim, ut juxta ma-

gnetem positus ferrum ab eo abstrahi non patitur, aut abstractum ad se rapiat. Sed vide Scaligerum, ubi de magnetis effectibus dispu- rat. Venena præterea, lymphationes, metusque vanos abigit ex ho- minum mentibus. ¶ Huius lapidis incredibilis durities proverbio locum fecit, quo hominem inexorabilem, durum & infatigabilem, imò quicquid invictum atque inexpugnabile, Adamantinum voca- mus. Hesiod.

Ἄδ' ἄδαμαζω ἔγεν κεντρεθ' ἔργον ἦ μὲν: id est,

Durus at his animus solido ex adamante creatus.

Ovid. 3. Fast.

— facta ex adamante securi.

& Eleg. 8. lib. 4. Tristium.

Nil aded validum est, adamas licet alliget illud.

¶ Est etiam hoc nomine herba, quæ & Hyoscyamus, & Appollinaris vocatur, vide Dioscor. lib. 4. cap. 6. Plin. lib. 37. cap. 4.

Adamantiniis, a, um, quod est ex adamante. { ἀδαμαντίνιος. GALL. Fait de diamant, adamantin, dur comme diamant. ITAL. Diamantino, duro come diamante. GERM. Von demant gemacht/ oder so hart als ein demant. HISP. Cosa de diamante. ANGL. Made of an adamant, hard lyk an adamant. } Horat. lib. 1. Carm. ad Agrippam.

Quis Martem tunica tectum adamantina dignè Scripserit.

Adamantæus, a, um, { ἀδαμανταῖος, idem quod Adamantinus. Ovid. 7. Metamorph.

Ecce adamantæis Vulcanum naribus efflant.

Adamantis, idis, ἀδαμαντίνης, herba quædam esse traditur à Magis Arme- niæ Cappadociaeque alumna, qua admota leones refupinati feruntur hiato laxo. Nominis rationem iidem hanc tradunt, quod contineri nequeat, quemadmodum nec Adamas. Vide Plin. lib. 4. cap. 17.

Adamastus, ἀδαμαστῶς, Ithacensis fuit, pater Achæmenidis, socii Ulyc- sis, ut videre est apud Virg. Æneid. lib. 3. Latine interpretari possu- mus Indomitum, ab a privativa particula, & δαμαζω, domo.

¶ Adamatica, arbor in qua Adam peccavit. Chryf. ¶

Adamiani, vel Adamitæ, Hæretici ab Adam nominati, cujus imitantur nuditatem, qua fuit in Paradiso ante peccatum. Credebant enim quò nuptiæ futuræ non fuissent, si nemo peccasset. Nudi itaque mares fœminæque convenerunt, nudi lectiones audiunt, nudi celebrant Sa- cramenta. Aug. lib. de hæresib. ad Quodvultdeum.

Adamo, as, valde amo & diligo. { אָדָם abâm, ἀπερραίνω. GALL. Aimer fort, aimer ardemment. ITAL. Amare teneramente, fortemente, ho- nestamente, amorevolmente. GERM. Sehr lich haben. HISP. Amar como enamorado. ANGL. To love ardently. } Quint. Me quidem, marite, si quis interroget, omnes matres liberos suos, tanquam ada- maverint, amant. Cic. lib. 3. de Oratore, Deinde ab Antisthene, qui patientiam & duriciem in Socratico sermone adamarat. ¶ Adamare tenerè, proverbiali forma dicitur in eum, qui ita diligit quempiam, ut non patiat incommotis à quoquam affici.

Adana, orum, ἄδανα, τὰ, urbs Ciliciæ: ita dicta ab Adano, qui eò colo- niam deduxit unâ cum Saro, postquam bello adversus Tarsenses gesto, inferiores discessissent. Author Steph. Meminit urbis hujus & Plin. lib. 5. cap. 27.

Adani, ἄδανί, insulæ duæ sunt in sinu Arabico, quas commemorat Ptol.

Adâperio, is, adaperui, adapertum. { פָּתַח pathach, ἀνοίω. GALL. Ouvrir. ITAL. Aperire. GERM. Aufsthusen/ offnen. HISP. Abrir. ANGL. To open. } Idem quod aperire, seu patefacere. Liv. 5. bell. Pun. Qui im- proviso adorti semiplenas stationes, & adaptas fores portæ. Plin. lib. 2. c. 47. Unde nubes discussæ adaperuere cælum. ¶ Senec. ep. 55. Adaperire caput.

Adâpértus, a, um, idem quod apertus. { פָּתוּחַ patúch. ἀνοικτός. GALL. Ouvert. ITAL. Aperto. GERM. Aufgethan. HISP. Abierto. ANGL. Open. } Ovid. 1. Amor. Eleg. 5.

Pars adaperita fuit, pars altera clausa fenestra.

Adapertilis, adject. ἀνοικτός, quod est apertum, vel apertu facile. Ovid. de Trist. Eleg. 11.

Aspicis à dextrâ latus hoc adapertile tauri.

Adapto, as, ἀπαρτοῦμαι. Idem quod aptare, sive accommodare, Sipont.

Adâquo, as, ex Ad, & aquo: idest, Aqua reficio, & irrigo, ad aquam ago. { אָדָקוּ hischâh, רִוַּח רִוַּח riuwah. מִרִּי. GALL. Abbréver, ou arrouser d'eau. ITAL. Adaquare, inaffiare le herbe. GERM. Wâsseren odertânten. HISP. Regar los arboles à ortaliza. ANGL. To water. } ut, Adaquare arbores. Plin. lib. 17. cap. 10. Ternas simul ferendas trianguli ratione, palmo inter se distantes, denis diebus ada- quari, donec grandescant, idest irrigari. Suet. in Galba, cap. 7. Ita de- crevit, ut ad locum ubi adaquari solebat jumentum, duceretur capite involuto.

Adârces, Dioscoridi ἀδάρεσ. Salsugo quædam gelata, palustribus in locis, iisdemque humidis proveniens, quibus exsiccatis conden- sari solet, atque arundinibus adhærere. Plin. lib. 16. cap. 30. & 36. lib. 32. cap. 20. & lib. 22. cap. 24. Adarcam vocem Latinam agnoscit: traditque nasci in cortice calamorum, sub ipsa coma, ex spuma aquæ marinæ cum dulci commista: & à nonnullis καλαμῶν, hoc est, arundinaceam lanuginem vocari. Vide Hermolaum in Plin. & Mar- cel. Virg. in Diosc.

Adâréo, es, ui, arco, exarco. { אָרַב charab. ἔρη. GALL. Devenir sec, secher. ITAL. Secarsi. GERM. Verdorren/ durr werden. HISP. Seccarse. ANGL. To Become drie. } Verbum est rarum, quo utitur etiam Cato de re rust. cap. 9º. Amurcam decoquito ad dimidium, & ea ungitto fundum arcæ, & extrinsecus pedes & angulos: ubi ea adaruerit, vestimenta condito.

Adarupolis: urbs Persica, Steph.

¶ Adas, libra inter duodecim signa. Pap. ¶

Adasia, ovis recentis partus, sed major natu. Fest. Isidor.

Adâsînt, sive (ut Festus legit) Adaxint, veteres dixerunt pro Adi- gant. Plaut. Utinam divi adassint ad suspendium.

Adâsûs, species tunicæ, sic dictæ, quod ab humeris non erat confuta. Perottus. Sed quis hac voce usus est?

**ADAVGĒO**, es, xi, Augeo, cumulo. { אָבַח *avah*. אִנְיָוֹ. GALL. Augmenter, accroistre. ITAL. Aumentare, accrescere. GERM. Sich fast mehren. HISP. Accrescentar. ANGL. To augment, to mak more. } Cic. lib. 1. de Inven. Per quem facti utilitas, aut honestas adaugetur. Terent. Heaut. Duritia adaucta. Eius contrarium est, Minuo, Extenuo, de quibus infra.

**ADAUCTO**, as, are, i *avcto*. Frequentativum, idem quod augeo. Quibus rem summam, & patriam nostram quondam adauctavit pater. Ex Nonio Accius apud Nonium.

**ADAUGĒSCO**, adaugefcis, { אָוַעֲסָוֹ. ANGL. To beginne, to increafe. } Augeri, crescere. Lucret. lib. 2.  
Nam neque adaugefcit quicquam, nec deperit inde.  
Cic. de Divin. Aut densus stridor quum celso è vertice montis ortus adaugefcit scopulorum saepe repullu.

**ADAUCTUS**, us, ui, verbale, i *avctus*. Lucret. lib. 2.  
Nam quacumque vides hilari grandescere adauctū,  
id est, incremento.

**ADAX**, vide *addax*. ||

**ADBIBO**, is, bi, bitum. Bibo. { אָבַח *avah*. אִנְיָוֹ. GALL. Boire un peu plus, s'abbreuver. ITAL. Ber oltra misura. GERM. Zutinten/zu vir ohn notturst trincken. HISP. Bever sin medida, è beber provocando à otro. ANGL. To dri-k some what more. } Ter. in Heautont. Is mihi, ubi adbibit plus paulò, sua quæ narrat facinora. Plaut. in Stich. Euge, quando adbibero, alludiabo. } Accipitur & pro imbibere, per metaphoram. Horat. 1. Epist.  
— nunc adbibere puro  
Pectore verba puer.

**ADBITO**, accedo, ab ad, & beto. Plaut. Captiv. Si adbitis propius, os denabit tibi mordicus. ||

**ADCENSI**, milites in locum mortuorum subito subrogati. Plaut. Frivolaria. Erant & servi publici, sic appellati, quod ad res necessarias sapius adicerentur. Varro lib. 6. de L. L.

**ADCORPORO**, as, Adjungo, admisceo. Solinus, Et carinis tenaciter adcorporatur.

**ADCREDO**, is, idi, i *avcre*. Lucret. lib. 3.  
— tum motus materiai  
Multimodi quàm sint, facile hoc adcredere possis;  
id est, credere sicut cæteri credunt.

**ADCRESCO**, evi, cescere. Horat. in Arte Pœt.  
Syllaba longa brevi subjecta vocatur Iambus,  
Pes citus, unde etiam trimetris adcrevere iussit,  
Nomen Iambis, id est, addi, vel dari.

**ADDĀX**, animalis quoddam genus est in Africa, quod cornua habet erecta, rugarumque ambitu conusta, & in leve fastigium exacuta, ita ut lyras diceret: *avdax* Græci contortis cornibus appellant. Hæc ferè Plin. lib. 11. cap. 37.

**ADDECET**, i *avdecet*, idem quod decet. Plaut. Amphitr. Eius studio servire addecet. Plaut. Pseud. sc. 5. a. 1. Nōrum aliquid adferre addecet. Vide *ibidem* sc. 4. a. 2.

**ADDEPHAGIA**. { אָדֶפְהַגְיָא. GALL. Appetit de manger insatiable. ITAL. Avidità di mangiare insatiabile. GERM. Unerstetliche begird zuessen. HISP. La garganteza. ANGL. An appetit to eat. } Inexplebilis edendi aviditas. Hæc apud Siculos pro Deo colebatur: ubi etiam templum habebat sibi peculiariter dedicatum. Vide Cæl. Rhod. lib. 7. cap. 11.

**ADDĒNSĒO**, es, ui, ex Ad & denso, t: ite Servio significat, Densum facio, stipso, constipo. } אָבַח *avah*. אִנְיָוֹ. GALL. Espessir. ITAL. in-spessare. GERM. Dief machen. HISP. Espessar. ANGL. To mak thik, to waxe thik. } Virg. 10. Æneid. Extremi addensent acies. Verbum rarissimum.

**ADDĒNSO**, as, are, idem quod Addensco. Plin. lib. 20. cap. 21. Mirum, aquam radice ea addita, addensari sub dio, atque lactescere.

**ADDICO**, is, { אָבַח *avah*. אִנְיָוֹ. GALL. Vendre au plus offrant. ITAL. Vendre all'incanto. GERM. Zusprechen/zuaisgnen/zufassen geben. HISP. Vender en almoneda. ANGL. To give over, to sell to him wihch bidderh most. } Verbum est ex tribus illis, quibus universum prætoris imperium ac potestas continebatur, Do, Dico, Addico. Nam in addicendis ius faciebat. Veluti cum in cessione addicebat, cum in vindiciis, in bonorum possessionibus, item cum aliquem suis creditoribus, aut furiosum suis agnatis gentilibusque addicebat. Hōtomamus in Lexic. Addicit & Prætor, cum in iure sit cessio per tres personas, cedentis, vindicantis, & Prætoris. Tacit. lib. 2. Addicentibus auspiciis. Cæl. 2. bell. civil. Addicere bona in fiscum. Cic. in Verrem. Domus erat plena, nova decretā, nova iura petebantur, mihi det possessionem, mihi ne adimat, mihi bona addicat. Idem in Pisonem, Nōne Fusidium debitorem creditoribus suis addixisti? Idem pro Flacco, Is cum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab eo ductus est. Hinc Addicti, ut est apud Vallam, *avdax* qui nexi in servitatem creditoribus od debitum sunt traditi. Proprium igitur hoc verbum Prætoris: sed tamen ad alia multa traductum. Dicuntur enim quoque addicere prætores in auctioneibus, & publicis locationibus, cum emptori, seu locatori, nullo maius pretium offerente, rem attribuunt. Cic. pro Rabir. Posthum. Tua bona Posthume nummo s. stertio à me addicuntur. Velleius, Addicere imperia, vel se alicui. Tranquil. in Casare. Amplissima prædia ex auctioneibus hæc minimo, vel ut alii legunt, nummo addicit. Cicer. 3. in Verrem. Addicetur id opus Hs. D. LX. millibus. Quintil. An is servus natus, quem cum addicta est mater, peperit. De Addicto creditori serviente, vide Fab. Deel. 3. 11. } Dicuntur deinde addicere in augurali disciplina aves, quando ratum faciunt auspiciū. Livius, Fabio auspicianti aves semel atque iterum non addicere. Contrarium Abdicere. } Et Addicere sententiā, pro vendere. Cic. Phil. 2. Quum neque principes civitatis rogando, neque majores natu monendo, neque frequens Senatus agendo te. de vendita atque addicta sententia movere potuit. } Addicere supplicio, morti, pro Dammare, destinare, de-

vovete. Cic. Phil. 3. gladiatorio generi mortis addictus. } Addicete se cupiditatibus, petulantia, intemperantia, &c. pro se dare, vel dedere. Quemadmodum & apud Horat. 1. Epist.  
Nullius addictus iurare in verba magistri.  
Suet. in Claud. cap. 29. Addictus uxori, id est, uxorius. } Addicere litem in XII. tabul. pro Secundum aliquem iudicare. Gell. lib. 17. cap. 2. Post meridiem præsentem litem addicito. Hotomannus in Lexico. } Addicere aliquem ad iurandum, velut adigere & cogere. Salust. in Catil. Quum ad iurandum populares sceleris sui conscio addiceret. Fortasse legendum, *adigeret*.

**ADDICĒRE**, adverbium: ut apud Tacitum lib. de Germanorum moribus, Trans Lygios Gothones reguntur, paulò iam addictius, quàm cætere Germanorum gentes, nondum tamen supra libertatem.

**ADDICTIO**, onis, verbale. { אָבַח *avah*. אִנְיָוֹ. Cic. 2. Verr. Simul in iure dicendo bonorum possessionumque contra omnium instituta addictio & condonatio.

**ADDISCO**, scis, per duplex d, Bene discio, vel ad ea quæ didiceram, addo. { אָבַח *avah*. אִנְיָוֹ. GALL. Bien appredre. ITAL. Imparar bene. GERM. Etwas leyhen/ noch weitt her leyhen. HISP. Aprender ben, è do nuevo. ANGL. To learne perfectlie. } Cic. de Senectute, Solon dicebat senescere se in dies multa addiscentem.

**ADDITAMENTUM**, Additus, vide *Addo*, is.

**ADDIVINO**, as, are, idem quod divino. { אָבַח *avah*. אִנְיָוֹ. GALL. Deviner. ITAL. Indovinare. GERM. Errathen. HISP. Adevinar lo venedero. ANGL. To gesse. } Plin. lib. 35. cap. 10. Ut Appion Grammaticus scriptum reliquerit, quendam ex facie hominum addivinantem, &c.

**ADDO**, as, ad data addo, { אָבַח *avah*. אִנְיָוֹ. Plaut. in Trucul. Tuo arbitratus quod iubebis, addabitur. Alii legunt, id dabitur.

**ADDOIS**, Affero accessionem, adjungo. { אָבַח *avah*. אִנְיָוֹ. GALL. Adjouster. ITAL. Aggiungere. GERM. Darzu thun/ darzu geben. HISP. Anadir. ANGL. To joyne to, to augment. } Adjicere, adjungere. Cic. Appio Pulchro, Illum velim sic habeas, quod intelliges hac re navata, additum potius aliquid ad meum erga te studium (cui nihil videbatur addi posse) quàm quicquam esse detractum. Contraria namque sunt Addere & Detrahere. Unde adagii quadam forma de perfectis operibus ita dici vulgo solitum ex Aristotele, Nihil potest nec addi, nec adimi. } Addere animum, id est, augere. Plaut. in Amph. Ubi nostris animum additus. Ovid. 13. Metamorph. Est quoque per matrem Cylleus addita nobis Nobilitas. Plaut. Men. sc. 3. a. 3. Huic addas aurì pondò uncia. Idem Most. sc. 3. a. 1. Cur non additum est (in adjuratione) ita tu tuū Philolachen ames. Tib. lib. 4. Additus eris, &c. Plaut. Men. sc. 4. a. 2. Palla reconcinnetur, atque opera addantur quæ volo. Idem *ibidem* sc. 2. a. 1. Non audes addere de tuo. Idem Most. sc. 2. a. 1. Addone? D. Adde, id est, adscribe. Idem Pseud. sc. 3. a. 1. Ad dani-stam devenires: adderes scenuscolum. Idem Aul. sc. 3. a. 3. Quem Iovi Iuno custodem addidit. Idem Mil. sc. 1. a. 2. Quem concubinae miles custodem addidit. Idem Amph. Padicitia huius vitium est additum. Idem Asin. sc. 3. a. 3. De mea (vita) ad tuam addam.

**ADDITAMENTUM**, ti, Accessio. { אָבַח *avah*. אִנְיָוֹ. GALL. Surcroise. ITAL. Accrescimento. GERM. Ein zutay, en zuthung. HISP. Anadidura. ANGL. Eikind to augment. } Cic. pro Sestio. Intercessit Ligus iste nefcio quis, additamentum inimicorum meorum.

**ADDITUS**, a, um, Adjunctus, adjectus. { אָבַח *avah*. אִנְיָוֹ. GALL. Adjouste. ITAL. Aggiunto. GERM. Darzugehan. HISP. Anadido. ANGL. Eiked, joyned to. } Cic. ad Q. Frat. Additus est unus annus tuo labori. Ponitur etiam interdum pro inimico. Sic enim interpretatur Servius illud Virg. 6. Æneid.  
— nec Tencriis addita Iuno  
Vsqum aberit.

Vide Macrobiū lib. 4. } Addita ætate, quasi aucta & adulta. Plinius lib. 11. cap. 48. Itaque in infantia secabunt aures posterioribus, quod addita ætate non queunt. } Addito tempore, quod vulgò dicunt, successu temporis. Tacit. lib. 12. Etenim nova nobis in fratrum filias conjugia, sed alii gentibus toleminia, nec lege ulla prohibita. Et sobri-narum diu ignorata, nec lege ulla prohibita. Et sobri-narum diu ignorata, nec lege ulla prohibita. Et sobri-narum diu ignorata, nec lege ulla prohibita.

**ADDŌCĒO**, idem quod doceo. { אָבַח *avah*. אִנְיָוֹ. GALL. Enseigner, è faire apprendre d'avantage. ITAL. Insegnare. GERM. Leyhen/ noch darzu leyhen. HISP. Enseñar sciencia. ANGL. To teach. } Horatius:  
Solicitis animis onus exiit, addocet arteis.

**ADDŌRMISCO**, ab Addormio, dormio: opponitur verbo Expergiscor. { אָבַח *avah*. אִנְיָוֹ. GALL. S'endormir. ITAL. Addormetar-si. GERM. Entschlafen. HISP. Adormeterse. ANGL. To sleip. } Suet. Et quoties post cibum addormisceret (quod ei ferè accidebat) olearum ac palmarum ossibus incessabatur. Alii legunt, obdormisceret.

**ADDŪA**, fluvius est in Insulibus, qui per medium Larium lacum fertur, ita ut aquæ non commisceantur. Claudianus,  
Addua quo scissas spumosiior incitat undas.  
Vide Plin. lib. 2. cap. 103.

**ADDUBANUM**, addubiendum, addubium: ut à socio, socienus, ita à dubio; dubienus. Scal. ||

**ADDŪBITO**, as, aliquantulum dubito, vel simpliciter dubito. { אָבַח *avah*. אִנְיָוֹ. GALL. Douter aucunement. ITAL. Dubitare aliquanto. GERM. Ein wenig zweiffeln. HISP. Dudar cerca de alguna cosa. ANGL. To doubt somewhat. } Cic. ecinna. Habes augurium meum, quò si quid addubitarem, non potius uterem, quàm illa consolatione. Idem Volumnio lib. 7. Quod sine prænomine familiariter, ut debebas, ad me epistolam misisti, primùm addubitavi num à Volumnio Senatore esset.

**ADDŪCO**, is, Ad aliquem duco. { אָבַח *avah*. אִנְיָוֹ. GALL. Amener. ITAL. Condurre. GERM. Herzufuren. HISP. Llevar guiando à lugar. ANGL. To lead or bring tot. } Terent. in Andr. Audivi Archil-lis, jamdudum Lesbiam adduci, &c. Plaut. Men. sc. ult. a. 5. Ad pran-dium me adduxit (an abduxit.) *ibidem* sc. 5. a. 5. Ibo, adducam (ser-vios) qui hunc tollant. *ibid.* Non te advocatum mihi aduxi, sed viro, id est, venire iussi, accersivi. Idem Pseud. sc. 4. a. 2. Attuli hunc. P. Quid attulisti. Adduxi, volui dicere. Idem Asin. sc. 2. a. 2. Hominem si vis adduce. } Interdum cogo, & quasi renitentem ad aliquid fa-

ciendum impello, induco, incito. Cic. in Verrem act. 1. Adductus sem, Iudices, officio, fide, misericordia. Idem Attic. lib. 1. Pompeium in eam voluntatem adduxi. Interdum conuoluo, sic ut Graeci, οὐκ ἔστιν ἄλλο, vel ἄλλοθεν. Virg. lib. 3. Georg.

ubi ignea venis

Omnibus acta suis miseros adduxerat artus.

Unde Adductam frontem irati habere dicuntur, hoc est, contractam & constriictam. Interdum contendere, intendere. Virg. lib. 9. Ipse ror adducta circum caput egit habena. Amicitia, quas vel adducas cum velis, vel remittas. Interdum produco, extendo. Virg. Aeneid. 9. Ocyus adducto torquens hastile lacerto.

Aliquando deduco, redigo. Cic. in Lal. Contracta res est, & adducta in angustum. Adduce, pro Adduc. Afran. Fratris: Curte, nuncia venire, & mecum speratum adduce. Non. Plaut. Rudente: Quere herum, atque adduce. Sic & alibi. Terent. Adelphis: Transduce & matrem, & familiam omnem ad nos. Adduxe, pro Adduxisse, Plaut. Rudente: Metuo propter vos, ut uxor mea me extrudat adibus; nam me pellices adduxe lubet ante oculos suos. Adductus. Ovid. 6. Fast.

Non tamen adductos intus agemus equos.

Plaut. Asin. sc. 2. a. 2. Manus adductae ad trabem. Quint. Adductae frontis, id est tristis. Ovid. Eleg. 2. lib. 4. Trist.

Adducta collum percussa securi.

Adduit, pro addiderit, ab Adduo: ut Venumduo, creduo, Glossar. Adduo, προσδω.

Adduplico, as, are, idem quod duplico. { אַדְדוּפִּיקוּל chaphal. διπλαζω, ἰπλοποιω. GALL. Redoubler. ITAL. Adoppiare. GERM. Dupliren. HISP. Doblar. ANGL. To double. } Plaut. in Paen. Adduplicabit omne furum, leno addicetur tibi. Alii legunt, Induplicabit.

Adechastus, ἀδεχαστος, proprie dicitur qui nulla accepit munera, ab a privativa, & δεχομαι, accipio. Unde Adechasti iudices, dicuntur incorrupti, & qui nullis muneribus a recta illa iustitiae trutina possunt deflecti. Vide Cael. Antiq. lect. 23. cap. 14. Sed male apud Caesium: scribendum enim per a, ἀδεχαστος.

Adedo, is, Exedo, consumo. { אַדְדוּל achal. κατατρώω, καταίω. GALL. Manger tout. ITAL. Consumare, mangiar tutto. GERM. Gansz aufessen, hynweg essen. HISP. Comer hasta el cabo. ANGL. To eat all. } Nam ibi Ad, auget. Virg. 4. Georg.

nam saepe favos ignotus adedit.

Stellio.

Adecta medicamenta, lenia, mordacitatis expertia. Celf.

Adedentes, Phagedaenae, ulcera carnem subjectam exedentia. L.M.

Adenes, ἀδεις, plural. ab ἀδω, glandula, pars corporis simplex, spongiosa modo mollis, rara & friabilis. ||

Adesus, a, um, consumptus. { אַדְדוּל bachal. ἀποδιδρω. GALL. Mangé & consumé. ITAL. Mangiato. GERM. Gar geessen vnd versetzt. HISP. Comido. ANGL. All eaten and wasted. } Cic. 2. Tuscul. Quum vero adsum inflatu renouatum est iecur. Adesa pecunia, per metaphoram pro consumpta, apud eundem pro Quintio.

Adfigurare, apud Diomedem Gram. lib. 1. Per ablativum autem sic, ut dignus hac re, & si quid tale inueniatur per utrosque casus, id adfiguratur.

Adelphatum, fraternitas, seu portio monastica, Graece ἀδελφωτον, sumpta vox a Monachis, qui olim & nunc ἀδελφοι, fratres dicuntur. Est itaque Adelphatum, quod ad Monachos spectat ratione redditus, praefecturae, officii, &c. Cerd. ||

Adelphi, ἀδελφοι, fratres, quasi non soli. Delphon enim prisca lingua Graecorum, Unum significat. Unde Apollo & Sol (Mactobii sententia) Delphos dicitur, quasi unus & solus. Alii ab a deducunt: quod interdum significat ἰμῶ, simul, & δελφῶ, quod vulvam, vel uterum significat: ut Adelphi dicantur, qui ex eodem utero prodierunt. Hoc nomine Terentius Comaediam inscripsit, in qua Aeschines & Ctesiphon introducuntur. Hinc adelphatum, fraternitas.

Adelphides, ἀδελφιδες. Palmae species est, sapore quam proximè ad caryotas accedens: unde & adelphides dictae sunt, quasi caryotarum sorores. Autor Plin. lib. 13. cap. 4.

Adelphus, ἀδελφος, Historicus fuit M. Antonio familiaris, qui ejus in Parthos expeditionem conscripsit, in qua ipse & adfuit, & praefuit. Strabo lib. 11.

Adelscale, servus Principis. Cod. II. ||

Ademptio, Ademptus, vide Adimo.

Adenes, ἀδεις, GALL. Escrouelles. ITAL. Scrovoles. GERM. Broppf. HISP. Landrezillas. } Glandulae sunt in gutture, ex carne in duritiem contracta, quae alio nomine χερσίδες, hoc est, scrofulae vocantur. Plin. lib. 11. cap. 36.

Adedo, adverbium, Usque eò, intantum. { אַדְדוּל meodh, אַדְדוּל gam. τὸσῶτον, ἕως. GALL. Tant, si. ITAL. Così tanto. GERM. Also so gar/ also fast. HISP. Tanto que. ANGL. In so much swa. } Interdum ponitur pro quoque, ut apud Plaut. Men. sc. 2. a. 4. Dii illum perdant, meque adeo, qui hodie forum oculis inspexi meis. Item, Quid feci ego tibi, aut adeo isti, quae mihi molesta es? Idem ibid. a. 5. Neque te novi, neque te novisse adeo volo. Ibidem sc. 2. a. 2. Atque adeo ne me quicquam ferves, pro Quinetiam. Ibidem sc. 2. a. 1. Atque adeo si facere possem, &c. id est, praeterea. Idem Pseud. sc. 3. a. 1. Ut si delectum frumentum quod satis mihi sit, atque adeo ut frumento affluam. Ibidem sc. 2. a. 1. Ibique adeo tibi dabitur lectus. Ibidem. Atque adeo, ut ne legi fraudem faciam. Idem Mil. sc. 2. a. 2. Nunc adeo edico omnibus. Ibidem. Nunc adeo ut scire possis meam sententiam. Idem Cure. sc. 3. a. 5. Id adeo expertus sum. Ibidem sc. 2. a. 5. Respondit paucis verbis, atque adeo fideliter. Ibidem sc. 3. a. 2. Fateor me culpam commeruisse: id adeo te oratum advenio. Idem Aul. sc. 10. a. 4. Id adeo tibi faciam. Ibidem sc. 2. a. 4. Atque ipsum adeo contueor. Idem Asinar. sc. 3. a. 2. Adeo ut meam sententiam noscere possis si accesseris propius (inimantis.) Idem Aul. sc. 2. a. 3. Item, nemo desistere dignè id potest, adeo verbis non exprimi potest. Vos, potionesque adeo madefacitis (id est, etiam.) Ibidem a. 1. Item, mira, & propè adeo ridicula. Gell. lib. 6. cap. 20. Ille adeo impransus ludificabitur. Plaut. Amph. Imò nemo

praeter me, atque adeo tu index sis. Ibidem (id est etiam.) Quae facta cloquar multo, adeo melius quam ille, ibidem.

Non adeo nostro fugit ab ore pudor,

Ovid. El. 1. lib. 2. Trist. Dij, precor, atque adeo Caesar, id est, etiam. Idem El. 1. lib. 3. Trist. Adeo non abstulisti lucem Ciceroni, ut auxeris. Velleius, Adeo ornatus causa. Fab. Qu. cap. 3. lib. 3. Terent. in Andr. Et vultu Sofia adeo modesto, adeo venusto, ut nihil supra. Quandoque ponitur pro valde, multum, tam. Terent. in Eunuch. Iuvenem adeo nobilem, ἕως δὲ ἄλλο. Post Atque, subjectum auget, idem significans quod Imò, vel Potius. Cic. pro Cluentio. De foro, atque adeo de civitate sublatus est. Quandoque pro Certè, sine dubio. Virg. Georg. 1.

Multum adeo vestris glebas qui frangit inertes, Vimineasque trahit crateis.

Quandoque pro modo, secundum quosdam. Terent. Andr. Tutè jam adeo eius audies verba. Apud poetas, praesertim Comicos, saepe est particula ornativa, seu mavis expletiva: quippe nihil ad sensum conferens, sed vel ad sermonis ornatum, vel ad metrum explendum adhibita. Ibidem. Propere adeo puerum tollere hinc ab janua. Nonnunquam etiam in sententia absoluta ponitur; ut apud Virg. 3. Georg. Adeo à teneris consuescere multum est.

Adeo usque, sive una est dictio, sive duae, idem est, quod Usque adeo. Plaut. in Asin. Age, mansero tuo arbitrato, vel adeo usque dum petis, pro Usque dum, id est donec. Utitur ea voce & Marius Victor. lib. 2.

adeo usque malignis Herbarum dubias posse radicibus escas Explorare iuvat.

Plaut. Amphit. Adeo usque fatietatem dum capiet pater illius quod amat, &c.

Adedo, is, iui, vel adii, aditum, id est, Accedo. { אַדְדוּל halach, קרב karab, שגג nighghasch, προσομιση, προσωρεδουα. GALL. Aller là, ou vers. ITAL. Andare. GERM. Zu einem gehn oder kommen. HISP. Yr à lugar. ANGL. To go, to come nie: ut, Adeo praetorem. Cic. 4. Acad. Tribunalium aliquem censo, adeant. Idem App. Pulchro, Ad me adire trifidam memini. Ad ades adii me. Plaut. Aul. sc. 2. a. 2. pro Accessit. Adibo ad hominem. Idem Men. sc. 2. a. 3. Neque eum adire ad me, ibid. sc. 2. a. 2. Aul. sc. 6. a. 9. Bis me sol adii post Brumam. Ovid. Eleg. 7. lib. 4. Trist. Adire limen, vide Limen. Adeamus eam. Plaut. Mil. sc. 5. a. 2. Melius hunc adire & percunctarier. Idem Men. sc. ult. a. 5. Ignaris illis omnibus adii manum. Idem Aul. sc. 5. a. 2. Quum me adis ut pudentem gnatum aequum est, patrem oravit. Idem Asin. sc. 1. a. 1. Priusquam istam adii (id est) amicam. Ibidem sc. 2. a. 2. Dignos, indignos adire, i. supplicari. Ibidem sc. ult. a. 1. Adibo, atque alloquar: Salve. Idem Men. sc. 2. a. 2. Sc. 1. a. 3. Sc. 4. a. 1. Adeunt, consistunt, copulant dexteram. Idem Aul. sc. 2. a. 1. Hanc eam rem vult adire mecum ad pactionem. Ibidem sc. 4. a. 1. Meam vis adire mamam. Idem Most. sc. 4. a. 1. Adire blandis verbis, id est, alloqui. Idem Pseud. sc. 5. a. 1. Adire nomen fortunae Caesaris, de Augusto haerede. Velleius. Adeamus ad cenam ac decumbamus. Plaut. Cure. sc. 3. a. 2. Adire hereditatem, eis πὲ κληρονομίαν προσδιδω, ἐμβαλδύς eis τὴν κληρονομίαν, est se heredem profiteri, & pro herede se gerere. Cic. 2. Philipp. Quum ipse patris hereditatem non adisses. Interdum pro subire, vel suscipere: ut, Adire labores, Adire periculum capitis, apud Cic. pro Sest. Roscio. Aliquando adoriri, & aggredi, ἰπικεῖν. Terent. in Phorm. Tunc prior adito tu: ego in invidiis ero hic succenturiatus, si quid deficiet. Virg. 5. Aeneid.

nec quisquam ex agmine tanto Audet adire virum.

Huius passivum protulit Colum. lib. 1. Sed granariae scalis adeantur, & modicis fenestellis Aquilonibus inspicientur. Cic. 2. Tuscul. Illa pericula adeuntur in praesidiis.

Adephagus, Rapo, lurco, comedo, onis.

Adephagia, ingluvies, crapula. Scal. ||

Adèr, { אַדְדוּל hedher. } Locus iuxta Bethleem, ubi vel Angelorum grex in ortu Domini cecinit, vel Iacob pecora sua pavit, loco nomen imponens, vel (quod verius est) quodam vaticinio futurum iam tum mysterium monstrabat.

Aditur, impersonale. Cic. 4. Verr. Antequam in ius aditum esset. Idem pro Flacco, M. Cratidius, ad quem est aditum, negavit, &c.

Aditio, onis, est Accessio. { אַדְדוּל mabò, קרבן kerabab, אַדְדוּל. GAL. Allée. ITAL. Gita, andata. GERM. Zugang. HISP. Aquella obra de yr à lugar. ANGL. Going to coming nie. } Plaut. in Trucul. Quid tibi hanc aditio est? pro, Cur hanc adis? Ubi dignum notatu, casum verbi additum esse nomini: ut apud Ciceronem, Domum reversio, Obtemperatio scriptis legibus, lib. 2. de legib. & apud Caesar. lib. 1. Reditionis domum spe sublata. Aditio hereditatis apud Iuriconsultos, id est, Cretio. D. lib. 5. de inoffic. testam.

Adito, as, frequentativum ab Adeo, adis. { אַדְדוּל hilledh. פּוֹרְטוֹ, סוּחָוּס פּוֹרְטוֹמִי. GALL. Aller souvent. ITAL. Ire & andare spesso. GERM. Oft: Zu einem gehn. HISP. Yr muchas vezes. ANGL. To come or go te often. } Plaut. in Capt. Si adires propius, sc. 4. a. 3. alias ad bites. Vide Diomedem lib. 1. Ad eum aditavere.

Aditus, us, ingressus, introitus, vestibulum, limen. { אַדְדוּל mabò, אַדְדוּל. GAL. Allée, entrée, accez. ITAL. Entrata, adita. GERM. Ein zugang / oder eingang. HISP. Entrada à lugar. ANGL. An entrée, acces. } Cic. 15. Epist. Duo sunt aditus in Ciciliam ex Syria. Virg. 9. Aeneid.

aditumque per avia quarit.

Cic. 1. Philipp. Forum sepelietur, claudentur aditus, armati in praesidiis multis in locis collocabuntur. Hic aditus consolandi, hoc principium ei fuit. Senec. cap. 4. de Consol. ad Mart.

Ut facilisque tuis aditus sit, & arduus hosti.

Tibul. lib. 4. Transfertur etiam aliquando ad incorporea. Cic. pro Cluentio. Hominiibus ignominia notatis neque ad honores aditus, neque in curiam reditus est. Idem pro Fonteio, Magnitudine rei sic occupant eorum qui audiunt animos, ut difficilis aditus veritati relinquantur.

**ADĒPS**, { **חֶלֶב** *cheléb*, **σάπ**, **πικρὰ**. GALL. *Graille*, *sein*. ITAL. *Grassa*, *lardo*, *songia*. GERM. *Feist*. HISP. *Enxundia*. ANGL. *Greassense*, *fatnesse*. } Medicis, cæterisque qui anatomem ex professo tractant, dicitur unctuosum illud quod musculorum extremitatibus membranise accrescit ex frigida portione sanguinis, quæ è venis excidens, ex sanguibus, ideòque frigidis membranarum adhæret, ibidémque non secus atque oleum frigore concrevit. Unde & in corporibus, quibus frigidior est natura, copiosior: in calidioribus paucior gignitur. In ventre inferiore magna in primis eius copia colligitur, quod ea pars membranosa sit, & à fonte caloris longiusculè distita. ¶ Differt itaque adeps ab eo quod Latini pingue, vel pinguedinem, Græci *λιπαρόν* appellant, duplici ratione. Primum situ ipso, quod illud musculorum (ut diximus) extremitatibus, aut membranarum adhæreat: Pingue, teste Plin. *lib. 11. cap. 37.* inter carnem & cutem situm sit. Deinde quod Adeps frigore concrevit, durusque fiat & fragilis: Pingue neque congeletur, neque durum, aut fragile evadat. Rursus à Sevo Adeps distinguitur, ut eodem in loco docet Plinius, quod adeps in iis duntaxat animalibus dicatur, quæ bifida sunt, scilicet digitis, & non cornigera: sebum verò in cornigeris, illique una tantum ex parte dentatis, & talos habentibus. Hæc tamen differentia ne ab ipsis quidem medicis semper observatur. Apud cæteros verò scriptores nullo penè discrimine omnia hæc confunduntur. Adipisque vocabulum latissime sumitur, ut etiam ad sebum & pingue extendatur. Exempla passim occurrunt. ¶ Effertur autem hoc nomen modò masculino, modò fœmininò genere. Plin. *lib. 2. cap. 9.* Massurius palmam dedisse lupino adipi antiquos tradit: ideò novas nuptas illo perungere postes solitas, ne quid mali medicamenti inferretur. Item *lib. 30. capite 3.* Procinus vel prissana, vel alicæ, vel oryxæ cremor dandus est, cum quo recens adipe cocta sit. Sæpius tamen masculinum est. ¶ Adipes in plurali. Ut adipes tenuare. Quint. *lib. 2. cap. 11.* id est, ad maciem redigere, vel potius excrecentem pinguedinem minuere. Plin. *lib. 11. cap. 38.* vocat adipes detrudere. Idem *lib. 8. cap. 36.* Illi sunt adipes medicaminibus apti. Tenuare adipes Declamatorum, Quint. *lib. 1. cap. 11. lib. 2.*

**ADĪPĀLE**, adiectivum, pro pingui, **σάπης**. Unde Festus Adipaleis cœnas sacerdotum vocat, quæ etiam Adijciales dicuntur. Cicero ad orationem transtulit, *de Orat.* Optimum quoddam & tanquam adipale dictionis gentis: ubi tamen etiam legitur, adipatæ orationis; atque ita Nonius citat.

**ADĪPOSUS**, Adiposus, **σπαστός**. In sacris litteris etiam pro divite accipitur, & opulento; quemadmodum & Adeps pro divitiis, ut annotavit Hermolus in Plinio.

Ædēsā, *ἡ ἑβραία,* Mulier ægyptia, uxor Hermeæ, & Syriani Philosophi propinqua, totiusque castitatis & probitatis exemplar: cuius vitam latissimè describit Suidas.

Ædœcæa ulcera, *αἰδοῖς ἰλκῆ,* Ægineta appellat, quæ circa pudenda nascuntur. Nam *αἰδοῖς* Græci vocant, quæ nos pudenda.

Ædœpalinus, morbus pudendorum, satyriasis. ||

Ædôn, dictio trisyllaba, *ἄδων.* Avis est, quæ aliis nominibus & Philomela & Lulcinia dicitur, dicta Ædôn *ἄδων* ἑστὶ ἄδων, hoc est, à perpetuo canendi quasi instituto, quod etiam tunc canat, quum reliquæ volucres silent. Virg. *de cantu Syren.*

*Quodque leves calami, quod suavis cantat ædon.*

Ædusii, loci Romanorum iuxta Galliam Celticam. Stephanus.

Ætēs, vel æeta, *αιετα.* Rex fuit Colchorum, & filius Solis ex Perla Oceani filia, & pater Medæ, Absyrti, & Chalciopes: qui quum aureum vellus à Phryxo Athamantis filio in luco Martis suspensum diligentissimè asservaret, à Medea filia proditus, & vellere, & duobus insuper liberis spoliatus est. Nam Medea, quum Iasoni in rapiendo vellere se adjuvicem præbuisset, unâ cum illo profugit, fratrem



*Aegeria est qua prabet aquas, Dea grata Camænis,  
illa Numa conjux, consiliūque fuit.*

**Ægestāni**, *αἰγέσται*, Stephano populi sunt Siciliae, quorum urbs Ægesta non procul à Lilybeo promontorio sita est, ab Ægesto Troiano nomen habens. Hi Segeftani vocantur à Plin. lib. 3. c. 8.

**Ægeūs**, per duas syllabas, *αἰγέως*, filius Pandionis fuit, & rex Athenarum, qui ex Æthra Pitthæi Træzeniorum regis filia Theseum suscepit, ex Medea autem ab Iafone repudiata alterum filium nomine Medum, ut placet Iustino. Hoc jam ad senium vergente, Minos Cretensium rex Atheniensibus ob Androgei filii necem bellum intulit, vicissimque durissimas pacis condiciones imperavit, ut septem quotannis juvenes Athenienses ex suis in Cretam mitterent, Minotauro monstro obijciendos. Quibus legibus quum triennio paruisset, evēnit ut quarto anno fors inter omnes ex æquo ducta Theseum proderet: qui maximo omnium cum dolore navim conscendens, à patre in mandatis accepit, ut si qua fatorum benignitate hospes remearet, velum navis, quod nigrum, præsentique fortunæ congruum erat, candido commutaret: idque eo consilio, ut si quid filio accidisset, veli colore suæ fortunæ eminus pater admoneri, & calamitatis suæ nuntium morte posset prævenire. At Theseus occiso Minotauro, opèque Ariadnes à Labyrintho eductus, paternorum monitorum immemor, nigro in patriam velo reclusus est: quod quum eminus è specula intueretur Ægeus, filium interiisse ratus, doloris impatientia sese in mare præcipitem dedit. Cui vita functo Athenienses Thesei operâ gravissima servitute liberati, divinos honores instituerunt: Deum marinum, & adoptivum Neptuni filium appellantes. Mare quoque ipsum nonnulli sentiunt ab eo Ægeum esse appellatum.

**Ægiālē**, *αἰγιάλη*, sive *αἰγιάλεια*, uxor fuit Diomedis, quam Venus à viro eius in bello Tojano vulnerata, tanta adulteriorum involvit turpitudine, ut Diomedes ad eam in patriam redire recusat, acceptaque à Dauno agri portione, urbem condiderit in ea parte Italiae, quæ magna Græciâ dicitur, quam à nomine relictae patriæ Argos Hippinam appellavit, quæ deinde Argyripa, & postremò Arpi fuit appellata. Vide Servium in illud *Æneid. lib. 11.*

*Ille urbem Argyripam patria cognomine gentis  
Victor Gargani condebat Iapygis agris.*

**Ægialeus**, *αἰγιάλιος*, filius Ætæ fuit, & frater Medæ, à qua discerptus fuit, ut patri eam persequenti mora injiceretur. Alio nomine dicitur est Absyrtus. Vide supra suo loco. Fuit etiam hoc nomine Phoronei regis Argivorum filius, cui Apis (quem quidam Phoronei, quidam Iovis filium, ex Niobe Phoronei filia, esse tradunt) postquam Argis regnasset, in Ægyptum transiens, Achaia regnum reliquit.

**Ægialia**, *αἰγιάλεια*, insula est adiacens Ætolia regiōni. Plin. lib. 4. cap. 12.

**Ægialus**, *αἰγιάλιος*. GALL. *Le bord de la mer.* ITAL. *Lito.* GERM. *Das gstad des meers.* HISP. *La ribera del mar.* ANGL. *The shoare or coaste of the sea.* Latine dicitur littus. Unde Achaia propter urbes in littore positas, antè *αἰγιάλιος* vocata est, teste Plin. lib. 4. c. 5.

**Ægida**, oppidum Istriæ. Plin. lib. 3. cap. 19.

**Ægidēs**, *αἰγίδης*, Patronymicum masculinum est, formatum à nomine Ægeus: quo Poëta utuntur pro Theseo Ægei filio. Ovid. 3. de Arte.

*Perfidus Ægides ducentia fila sequutus.*

**Ægila**, *αἰγίλα*, insula est in sinu Megarico xxv. m. passuum distans à Phalafarna Cretæ oppido, & à Cythera xv. m. passuum, Plinio teste lib. 3. cap. 12.

**Ægilips**, *αἰγίλιψ*, Stephano, dicitur locus editus & penè inaccessus. Latine sonat relictum à capris, hoc est, locus tam arduus, quem ne ipsæ quidem capræ queant ascendere. Fuit etiam hoc nomine urbs Epæri in prærupta rupe sita: unde & nomen invenit. Auctor Steph.

**Ægilōdes** sinus, *αἰγίλωδες κόλπος*, siatus est exiguus inter Messeniacum & Laconicum medius: de quo Plin. lib. 4. c. 5.

**Ægilōps**, *αἰγίλωψ*. GALL. *Coquiole, auron.* ITAL. *Squala.* GERM. *Wilder haber, hasenbrot.* HISP. *Vna suerte d'avena monte si-  
na.* Herba est folio verno tempore pilosa, ut lolium, hordeum cne-  
cans, quæ & Festuca dicitur, quod messis tempore, quum semen jam  
deciderit, vacuum reperitur: in modum festucæ. Plin. lib. 18. cap. 17.  
Est herba quæ cicer enecat & eruum, circumligando se: vocatur *orc-  
banche*. Triticum simili modo æra, (aliàs herba) hordeum festuca,  
quæ vocatur ægilops. Hæc Plin. Virg. 1. Georg. Latine vertit *Steri-  
lem avenam*, in hoc versu:

*Infelix lolium, & steriles dominantur avena.*

Est præterea Ægilops, abscessus inter nares & magnum oculi angulum, qui si incuriosè tractetur (ut inquit Ægineta) in fistulam vertitur. Dicitur Ægilops, quasi oculus caprinus, quod capræ huic vitio peculiariter obnoxia sint. Huic malo medetur Ægilops herba, teste Plinio lib. 25. c. 43. Unde & ipsa nomen accepisse videtur.

**Ægilōps**, *αἰγίλωψ, αἰγίλωψ*, eadem putatur quæ & Cerrus, arboris glandiferæ species apud Plinium lib. 16. cap. 6. Excellentissima autem Ægilops, incultis amica, lib. 16. c. 8. E glandiferis sola quæ vocatur Ægilops, fert panos arentes, musculo villo canos non in cortice modò, verum & è ramis dependentes cubitali magnitudine, odoratos, ut diximus, inter unguenta. Fuit etiam Ægilops bulbi genus, apud Plin. lib. 19. cap. 5.

**Ægilos**, *αἰγίλος*. *Isola di Capri.* Insula est in mari Ligustico, quæ Latine Capraria dicitur, teste Plin. lib. 3. cap. 6.

**Ægimius**, *αἰγίμιος*, senis ætate provecitissima nomen, quem Anacreon Poëta (referente Plinio lib. 7. c. 48.) tradidit ad ducentimum usque annum vixisse.

**Ægimori**, *αἰγίμορι*, duæ sunt insulae in mari Libyco, è regione Carthagini. Auctor Plin. lib. 5. c. 7.

**Ægimuros**, *αἰγίμουρος*, insula est in mari Libyco, insidiosa naufragiis. Vide Strab. lib. 6. c. 7.

**Æginā**, *αἰγίνα*, fuit Alope Bœotia regis filia, & mater Æaci, à qua insula Peloponneso adiacens contra Atticam, Ægina vocata est, quum antea OEnone diceretur, (ut apud Strabonem, Plinium & Stephanum

legitur, ) aut certè OEnopia, ut placet Ovid. lib. 7. *Metamorph.* ubi sic scribit:

*OEnopiam veteres appellavere, sed ipse*

*Æacus Æginam genitricis nomine dixit.*

Ab huius insulae nomine ductum proverbium, Primum Ægina pueros optimos alit, *τὰ πρῶτ' αἰγίως παιδὺς Αἰγίω ἐκτρέφει*, de de re quapian quæ melioribus initiis coepta, paulatim ad deterius delabitur. Vide Eras. in *Chiliad.*

**Æginæa** merces. Proverb. videtur fuisse de vilibus mercibus usurpari solitum, apud Strabonem sic effertur, *Αἰγινάειον αὐτὸν ἱεροπλάτῃν.*

**Æginæa**, orum, n. g. dicuntur grandiora omnia. Quod ex talenti ratione deductum putant, quod in ea insula habebatur maius cæteris. Sunt etiam Æginæa ferum venalium onera miscellanea, id est, sarcinae completentes varias merces. Unde Æginopolæ, id genus mercium venditores. Ex Cælio lib. antiq. lect. 11. cap. 56. & Eras. in *Chiliad.*

**Æginensis**, *Αἰγινός*, Æginæ incolæ.

**Æginopolæ**, vide Æginæa, orum.

**Ægineta**, *Αἰγινῆς*, Gentile. Unde Paulus Ægineta medicus clarissimus.

**Ægineticus**, a, um, *αἰγινητικός*, ut Ægineticum æs, quod in hac insula non gignebatur quidem, sed optimè temperabatur, ut est author Plin. lib. 34. cap. 2.

**Æginium**, *αἰγίνιον*, oppidum Macedoniae, in ea regione, quæ appellatur Pieria. Plin. lib. 4. cap. 10.

**Æginos**, cicuta, apud Diosc.

**Ægion**, *Αἰγίων* Suidæ, oppidum Achaiae propriè dictæ, quæ regio est Septentrionalis Peloponnesi. Vide Plin. lib. 4. c. 5.

**Ægipanes**, *αἰγίπαντες*, quos nonnulli Semicapros vocant. Monstra sunt caprinos pedes habentia, reliquis partibus humanam referentia figuram. Plin. lib. 5. cap. 1. Atlantem Africae montem prodiderunt noctibus micare crebris ignibus Ægipanum Satyrorumque lascivia. Veteres huiusmodi monstra pro semideis, sive pro sylvestribus diis coluerunt, quemadmodum Faunos, Sylvanosque, Faunos ac Satyros nemorum deos esse dicentes, Panas agrorum, Sylvanos sylvarum.

**Ægira**, *αἰγίρα*, Oppidum Achaiae in Peloponneso, de quo Plinius lib. 4. cap. 5.

**Ægirinon**, *αἰγίρειον*, unguenti genus est, teste Ruellio, ex uva populæ arboris confectum, *ἀπὸ τῆς αἰγίρειν*, quam alii alnum, alii nigram populum credunt.

**Ægiroessa**, *αἰγίρεισσα*, oppidum Æolidis in Asia, cuius meminit Herodotus. lib. 1.

**Ægis**, *αἰγίς*, munimentum pectoris æneum, à Vulcano fabricatum, habens in medio Gorgonis caput. Quod si in pectore numinis sit, Ægis: si in corpore hominis, sicut in antiquis Imperatorum statuis videmus, Lorica dicitur. Virg. 8. *Æneid.*

*Ægidæque horrificam, turbata Palladis arma.*

Hæc ferè Servius. Fuit Ægis apud Græcos varia significatio, Pelliceam tegmen, quod gestant Atri: præterea maris intumescens undas, ac ventorum procellas & turbines. Alii malunt esse rete ex coronamentis contextum. Nec desunt qui putent significare sacerdotem, quæ Athenis solita sit ferre sacram Ægidem, & ita ingredi ad eos, qui nuper duxissent uxores. Unde factum proverbium, Ægis venit. Quod Suidas indicat dici solitum de iis qui petulanter & impudenter agerent. Vide Eras. in *Chiliad.* Fuit præterea Ægis, scutum Iovis, & Palladis, *Iliad. 4. 5.* in cuius medio erat Medusæ Gorgonis caput serpentibus vice crinium terribile: quod qui intuebantur, mox vertebantur in lapides, ut apud Ovid. 4. *Metamorph.* habetur. Fuit etiam Ægis lignum densum, medullæ simile, in larice fœmina nascens, mellei coloris, ex quo pictoriae tabulae fiebant, & codicilli immortalis penè materia, nullisque rimis, aut fissuris obnoxia. Auctor Plin. lib. 16. cap. 39.

**Æginosus**, a, um, ægidè sonans. Æginosum pectus Palladis, apud Valerium Flaccum lib. 3. *Argonaut.*

**Ægisthus**, *αἰγισθος*, Thyestis filius, ex Pelopeia, eiusdem filia, quem infantulum mater causa tegendi sceleris perdendum feris exposuit in sylvis: sed à pastore inventus, ejusque beneficio nutritus est, & inde *αἰγισθος* dicitur, quod nutritus sit à capris. Hic provecitior ætate Atreum, impellente tamen patre, interfecit, & ejusdem filium Agamemnona in balneis, vel ut alii volunt, in primo egressu, adjuvante uxore Clytemnestra, qua etiam turpissimè usus erat, obruncavit. Postremò ab Oreste Agamemnonis filio patris mortem ulciscente, è medio est sublatus. Ovid. *de remed. amor. lib. 1.*

*Quaritur Ægisthus quare sit factus adulter,*

*In promptu causa est, desidiosus erat.*

Meminit Suet. in *Cæsare cap. 50.*

**Ægistus**, Beli filius. Vide *Ægistus*.

**Ægithalos**, *αἰγίθαλος*, avis est apud Aristotelem, quæ à Theodoro Paro vertitur. Hermolaus in *Plinium*.

**Ægithus**, *αἰγίθος*, aviculæ nomen est, irreconciliabile cum asino similitates exercentis, quod nidus eius, quem ferè in carduis struit, ab asino dissipetur. Contra ægithus, quoniam alia parte nocere non potest, asini ulcera erodit. Plin. lib. 10. cap. 74.

**Ægitis**, *αἰγίτις*, herba est Dioscoridi, quæ notiore nomine Anagallis dicitur.

**Ægium**, *αἰγέιον*, oppidum Achaia, quæ est in Peloponneso, quo in loco Iovem à capra nutritum ferunt: unde oppido nomen; *αἰγίον* enim capram dicunt.

**Æglē**, *αἰγλή*, una Hesperidum fuit, hoc est, una filiarum Hesperii Italiae regis, quæ una cum Arethusa, & Hesperethusa sororibus, amœnissimos in Mauritania hortos habuit iuxta Lixum Romanorum coloniam, iussu Claudii Cæsaris edeductam, in quibus (ut est in fabulis) aurea mala nascebantur, quæ à pervigili dracone asservabantur, quæ postea abstulit Hercules, dracone interempto. Vide infra in dictione *Hesperides*. Fuit & nympa hoc nomine, una Naiadum, Solis (ut volunt, ex Neærea filia. Virg. in *Sileno*,

*timidisque supervenit Æglē  
Naiadum pulcherrima.*

**Ægles**, αἴγλις, Athletæ Samii nomen, qui quum per omnem ætatem mutus fuisset, in sacro tamen certamine, quum in sortitione fraudem committi videret, nimio loquendi desiderio, linguæ vinculum rupit, & distinctè, quandiu vixit, loquutus est, quod & Cæsi filio contigisse legimus. Vide Gell. lib. 5. cap. 9. & Valer. Max. lib. 1. cap. 8.

**Æglogia**, αἴγλοια, Caprarum, seu rerum pastoralium sermo dicitur, quasi αἴγλον λόγος. At Ecloga, εκλογη, sine diphthongo, electio, vel explanatio, sive elegantia dicitur, ut inquit Plin. lib. 4. Epist. & Euseb. lib. 4. Eccl. hist. contra Tortellium. Sed vox Ægloga, qua majores nostri Virgilio Bucolica inscripserant, iam pridem est a doctis explosa.

**Ægocéphalus**, αἴγροκέφαλος, Avis est liene carens. Vide Arist. lib. 2. de Anim. & Plin. lib. 1. cap. 37.

**Ægoceros**, ἄγρος, signum cœlestis est, quod à nobis Capricornus dicitur: quod sol ingrediens, Sostitium hyemale efficit. Poëtæ fabulantur hunc ex Amaltheæ nymphæ capra natum fuisse, & eodem lacte cum Iove educatum: qui postea cœli imperio potitus, veterem collactaneum inter astra collocavit. Invenitur etiam accusativus Ægoceron, ut & apud Græcos poëtæ αἴγροκρον, pro αἴγροκροτα, & αἴγροκρον, pro αἴγρον κρον. Non ab αἴγρος per o, quod est ineptissimum, sed Artica per os declinandi forma. Lucanus, Ægoceron, Cancerumque tener. ¶ Est etiam Ægoceros, αἴγροκρος, Diotcoridi, sive (ut apud Plinium legitur) Ægoceras, herba, quæ notiore nomine Fœnum Græcum appellatur: ita dictum, quod semen habeat in siliquis caprino cornu similibus. Vide Plin. lib. 24. cap. ult.

**Ægon**, ὄνις, αἴγρον. Idem quod caprile, hoc est, stabulum caprarum.

**Ægon**, nomen pastoris apud Virgilium in Palæmone, & Theocritum. ¶ Mons præterea Quirinalis, qui antequam in eum Sabini commigrarent, ægon appellatus est: quia ipsa ægonensis dicta est, quæ alio nomine Quirinalis dicitur, Autor Festus. ¶ Item pro mari ægæo, apud Statium lib. 5. Thebaid & alibi, ut lib. 1. Argonaut.

— *viæ littore puppim* —  
Solvimus: & quanto fremitu se sustulit Ægon?

**Ægölêthros**, αἴγληθρον: herba est in Ponto alba, ex cuius flore apes decerpunt mellis genus amarum, quod Heracleoticum, vel Ponticum vocatur: dicta à capris interimendis, αἴγρον enim capram, & ἄληθρον perniciem significat.

**Ægölhos**, αἴγολος, Ulula, Ægolius. Plin. lib. 10. cap. 60. quam describit ex Aristot. hist. lib. 6. & Gall. La Dame. Ital. Barbaianod. } Avix est lucifuga, cui unguis luciferus, color rufus nigro conspersus, oculi prægrandes, cuius vox lugubris ululata. Hanc & Parram vocat Plin. lib. 18. cap. 29. Cuius præter Horat. 3. Caym. Ode 27. meminit Pompeius.

**Ægônômus**, αἴγρονόμος. Gall. Chevrier, gardeur de chevres. Ital. Pastor di Capre. GERM. Ein geisheit. HISP. Cabrero, cabrerizo. ANGL. Goate herd, or goatekeeper. } Caprarum ductor: qui & Æpolus αἴπολος dicitur, quasi αἴγρος τιμωρ, id est, capras pascens.

**Ægônichon**, αἴγώνηχον, Dioscoridi, herbam illam esse docet Ruellius, quæ in officinis Milium Solis appellatur. Alio nomine Lithospermum vocatur.

**Ægophagos**, αἴγροφάγος, Iuno apud Spartanos dicta, quod illi capras præcipuè sacrificabant. Cælius antiq. lect. lib. 26.

**Ægophthalmus**, à Plin. 27. c. 11. gemma quædam appellatur, quæ caprini speciem præ se fert, αἴγροφθαλμος.

¶ **Ægopos**, Ægops caprinos oculos habens. L.M. ¶

**Ægos Potamus**, seu flumen, αἴγρος ποταμός, Thraciæ fluvius, ad cuius ostia classis Atheniensium à Lyandro capta fuit. Plin. lib. 2. c. 60. Idque factum interdiu in Thraciæ parte ad Ægos flumen. Stephanus ad Hellepontum collocat oppidum nomine αἴγρος ποταμός, quod nos Capræ flumen interpretari possumus: à quo deducitur gentile Ægopotamites, vel Ægopotamita, αἴγροποταμίτης.

**Ægosthenia**, αἴγροσθενία, civitas est Locridis, quam recenset Ptolomæus in descriptione Achaia. Huius incolæ à Plinio lib. 4. c. 7. vocantur Ægosthenenses, Megarensium iurisdictioni attributi.

**Ægré**, Ægreo, Ægreco, Ægrimonia, Ægritudo, Ægrotus, Ægroto, Ægrotatio, Ægrum substantivè: unde Ægrotor, supra.

¶ **Ægrolithros**, herba amara, quæ apes conducit mel amarum: est capris exitialis. Onom. med.

**Ægromandra**, caprile. Lex. gr. b. ¶

**Ægyla**, vide supra Ægila.

**Ægyptios**, & Gypas, αἴγυπιοί, & γυπας, Græci vocant, quos Latini, Vultures.

**Ægyptus**, αἴγυψος, urbs ad ripam Istrii fluvii sita, nomen habens ab Ægypto Calpio conditore. Ovid. de Ponto 1. Eleg. 7.

Stat vetus urbs, &c.  
Caspus Ægyptus, &c.

**Ægyptini**, dicuntur Æthiopes, quia Ægyptis sunt finitimi. Autor Festus.

**Ægypta**, αἴγυπτος, Ciceronis libertus fuit, cuius identidem meminit Cic. in Epist. ad Tyronem. Tres autem præcipui numerantur Ciceronis liberti, Tyro, Ægypta, & Laureia, cuius extat Epigramma de aquis Ciceronianis, apud Plin. lib. 31.

**Ægyptus**, αἴγυπτος, Regio quæ ab Aphrica (ut Plinius inquit) Canopico distinguitur ostio: ab Asia verò Pelusiaco: quam ob rem quidam inter insulas Ægyptum computavere. Qui tamen Asiam dimensuri sunt, inter Asiæ regiones Ægyptum quoque dinumeraverunt. Est Aphricæ proxima: ab Ægypto Danaï fratre sic appellata, prius Aëria dicta. Catul. de com. Beren.

Captam Asiam Ægypti finibus adjiceret.

Plaut. Mostell. sc. 2. a. 2. Triennio post Ægypto adventio domum. Hæc (teste eodem Plin. lib. 5.) ab Oriente Rubro mari Assyriæque conjungitur, ab Occasu Cyrenem & Aphricæ residuum habet, à Meridie usque in Æthiopiam protenditur, à Septentrione habet mare Ægyptium. In Æthiopiae urbes sunt, Thebæ, Abydos, Alexandria, Babylon, & Memphis. In hac (ut Plato inquit) nunquam visum est pluere, sed Nilus inundatione fœcundatur. Eius figura triquerra est, quam efficit Nilus, ita se dividens, ut A literam facere videatur.

Calepini Pars 1.

Tempore Amasis regis urbes habuit 2000. Natio fuit superstitionissima, adeo ut non solum bruta animalia, ut canem, bovem, & similia; verum etiam res inanimatas, ut allium, & capras inter deos collocavit. Dicitur parens terrarum, ut inquit Crinitus: nam Ægyptii omnium populorum vetustissimi, disciplinarumque complurium inventores, rerumque divinarum, & siderum peritissimi dicuntur: primi que animam esse immortalem dixere, & de corpore in corpus vagari, ut autor Diodorus. Iidem dicuntur solertissimi. Suet. in Cæs. c. 53. Idem in Aug. c. 66. In hanc Dædalus, Melampus, Pythagoras, Homerus, compluresque alii eruditionis causa profecti, dogmata in suam quisque patriam retulere.

**Ægyptiacus**, adjectivum. Plin. lib. 6. cap. 28. Ad mare nostrum, littusque Ægyptiacus.

¶ **Ægyptilla**, gemma nigra radice, cærulea facie. Isid. ¶

**Ægyptius**, adjectivum, αἴγυπτιος. Sil. Ital. lib. 13.

— *Ægyptia tellus* —

Cic. in Pison. Nomen ad dignitatem imperii regi Ægyptio vendidit. ¶ Admirabiles adeo fuerunt in neclendis machinis Ægyptii, ut hinc tractum fuerit proverbium, Neclunt stupendas machinas Ægyptii, Δοκίμοι παρὰ τὸν πῦρ μηχανὰς Αἴγυπτιοῦ. De versuris, & ut ait Plautus, confutis dolis dicitur. Torqueri potest & in perplexas sophistarum argutias, ac syllogismorum inexplicabiles labyrinthos. Aut in Sycophantas & delatores, qui vera falsis permiscendo, neclunt calumnias.

**Ægyptii** præterea, quod gestandis oneribus quæstum non satis honestum facitare consueverint, unde & ἀχθῶφοροι dicti in iocum proverbiale abierunt, hoc adagio: Quos non tollerent centum Ægyptii, ἄς σὺν ἄγγωνι ἂν ἔσθ' ἑκατὸν Αἴγυπτιοῦ. De molestis dici soistum ac moribus intolerandis, seu fastu præturgidis. Refertur adagium ab Eudemo, à Suida, & ab Aristophane in Ranis. Huic affine est Ægyptius laterifer, Αἴγυπτιος πλεῖστοφορος. Arist. in Avibus. Quadrare videtur in sordidum, atque infimæ sortis hominem. Aut in eum, qui molestis negotiis premitur.

**Ægyptus**, masculini gener. Αἴγυπτιος. Beli Prisci filius fuit, & frater Danaï: qui quum quinquaginta haberet filios, totidem eos fratris sui filibus matrimonio coniunxit: quæ à patre Danao instructa, primâ è nuptiis nocte suum quæque maritum interfecerunt, præter unam Hypermnestram, quæ Lynceæ marito viro suo peperit: qui postea, pulso Danao, Argivorum regnum invasit. Unde adagii figura, Ægypti nuptiæ, Αἴγυπτιος γάμος, inauditæ, & infelices dicebantur. Torquenti poterit in similitudine amicitiam, aut in munus dicere gratiâ datum in speciem, quum revera quærat perniciem ei cui datur. Vide infra in dictione Belides, & Danaus.

**Ægys**, αἴγος, oppidum est Laconicæ regionis, apud Steph.

**Ælana**, sive, ut alii malunt, Læana, αἰλιανὰ, ἢ λαιανὰ, oppidum est Arabiæ felicis, iuxta sinum, qui ab eò Ælanticus dicitur, sive Læaniticus, λαιανίτιος κῆλος. Ptolom. Plin. lib. 6. cap. 10. Sinus intimus, in quo Læanica, qui nomen ei dedere. Regia eorum Agra, & in sinu Læana, vel, ut alii, Ælana. Nam & ipsum sinum nostri Ælanticum scripsere, alii Elaniticum, Artemidorus Alaniticum, Iuba Læaniticum.

**Ællâ**, αἰλιὰ, urbs est Palæstinae, quæ prius Hierosoyma: ita dicta ab Ælio Adriano. Steph.

**Ællianus**, αἰλιανός, Sophista fuit Trænestinus, tanta linguæ Atticæ puritate, ut μελέγγοσθον, & μελέφροσθον, cognominaretur. Scripsit historiam de Animalibus, de varia historia, de re militari, quæ omnia ad nos pervenerunt. Claruit sub Adriano Principe. Suid.

**Æli**, αἰλιος, vel αἰλοι dicuntur, quibus duæ sorores nupserunt. Vide Cæli Rhodig. lib. 28. c. 24.

¶ **Ælinus**, αἰλιος, lugubre carmen, in quo Linus deplorabatur. Eustathius etiam monet, esse cantilenam texentium, q. sit à λῆος herba. ¶

**Ælius**, αἰλιος, nomen proprium, quo plurimi ex Romanis viri illustres fuerunt appellati: ut, Ælius Gallus, vir equestris ordinis, qui solus Romanorum Arabiam hostiliter est ingressus, ut testatur Plin. lib. 6. cap. 29. & Strabo lib. 2. ¶ Ælius, prænomine Publius, qui eo anno Romæ consulatum gerebat cum Cn. Cornelio, quo Annibal in Africa victus fuit, teste Plin. lib. 9. cap. 18. ¶ Ælius Stilo, nobilis scriptor, cuius meminit Plin. lib. 9. c. 25. ¶ Item Ælius Adrianus, & Ælius Verus, Romanorum Imperatorum, quorum vitam vide apud Eutropium.

**Ællo**, αἰλλω, trium syllabarum, una est Harpyiarum: sic dicta, quasi ἰλλὸν ἀλλω, hoc est, alienum tollens. Ovid. 13. Metamorph.

— *Strophadumque receptos* —  
Portubus infidis exterruit ales Aello.

¶ Est etiam nomen unius ex canibus Actæonis, apud Ovid. 3. Metam. dictum (ut videtur) δῶτ' αἰλλω, hoc est, à procella, quam cursus celeritate referebat.

**Ælurus**, αἰλῦρος. Latine catus, & felis dicitur. Aristot. de Animal. Æluri & Ichneumones tot numero pariunt, quot canes. Elian. hist. Animal. lib. 7. Ælutorum mas quidem libidiniosissimus est: fœmina autem amantissima prolis: fugit coitum cum maribus, quoniam semen emittunt calidissimum, & quasi igneam genitalia adurent. Hoc cernens mas, communem fœtum dilaniat: illa verò prolis desiderio, mareis libidine ardentes adit rursus. Gell. lib. 20. c. 7. Ælutorum quoque oculi ad easdem vices Lunæ, maiores fiunt, aut minores.

**Æmidus**, tumidus, inflatus. Festus: Æmidum, tumidum. Glossar. αἰμυδῖον, αἰμυσηδῖον, absque dubio, παρὰ τὸ αἰμυ.

**Æmathia**, vide Æmathia.

¶ **Æmidus**, tumidus, παρὰ τὸ αἰμυ. Scalig. ad Fest.

**Æmillâ**, regio Italiae, quæ & Flaminia, & Romandiola etiam dicitur. In qua sunt urbes Acrimonium, Cæsena, Sassinia, Faventia, Forum Livii, Bononia, Ferraria, Imola.

**Æmillâ**, αἰμιλία, uxor fuit maioris Africani: de qua vide Suidam.

**Æmillâ** gens, familia fuit Romæ in primis illustris: ex qua fuit Paulus ille Æmilii, qui in consulatu suo Persen Macedonum Regem bello vicit, captumque in triumpho duxit. ¶ Item Qu. Æmilii Lepidus, quem Plin. lib. 7. cap. 53. refert, quum cubiculo egredi pararet, nihil mali sentiens, offenso ad limen pollice, repente obiisse. ¶ Item

D 3 Æmilii

Æmilius Scattus, homo factiosus, & subdolos : de quo multa Salust. in Jugurtha. Sunt qui Æmilyus scribere malint per y, in antepenultima, nominis eius initium referentes ad Mamercum, Pythagoræ Philosophi filium, qui ob singularem morum comitatem, sermoneque leporem, quem Græci αἰμιλίαν dicunt, Æmilyos est cognominatus, ut auctor est Plutar. in Paul. Æmilio, & in Num. Animadvertimus tamen à Græcis ipsis, & præcipuè in Onomasticis, in quibus litterarum series dictionum initia non facile finit corrupti, αἰμιλίαν, αἰμιλία, & αἰμιλίαν; scribi per quartam Græcorum vocalem, non per sextam. Præterea Moschopuli in lib. αὐτὸς ἕσθων, hæc sunt verba, αἰμιλίος ὁ ἀπατῶν, ἀλὲ β ὑβλάθ ἢ αἰμιλίος; αἰμιλίος ὁ ὀνομαζόμενος ἀλὲ β ἰ.

Æmilia, αἰμιλία, Virgo Vestalis fuit ex nobilissima Æmiliorum familia: de qua sic scribit Valer. lib. 1. c. 1. Æmiliae virginis disciplinam, extincto igne tutam ab omni reprehensione numen Vestæ præstitit: qua odorante, quam carbasum, quam optimam habebat, faculo imposuisset, subito ignis emicuit.

Æmilianus, αἰμιλιανός, Africanus minor primus appellatus fuit, Pauli Æmilia filius, cum ex Æmilia gente in Scipionum familiam esset adoptatus. Adoptionis enim indicandæ causa nomen naturalis familie una, aut altera litera producebatur. Postea & alii plerique eiusdem familie viri clarissimi & triumphales, eodem cognomine dicti fuerunt. Iugual. Satyr. 8.

— pictosque ostendere vultus  
Maiores, & stantes in curribus Æmilianos.

Sueton. in Claud. c. 18. Æmiliana ædificia. Æminium, αἰμινιον Ptolomæo, oppidum Lusitanie mediterraneum. Æminius, αἰμίνιος, fluvius Hispanie à Minio Tarraconensis tractus fluvio distans cc. m. pass. ut ex Varronis sententia tradit Plinius lib. 4. cap. 22.

Æmocharis, αἰμοχάρης, cognomen Martis fuit, quasi sanguine gaudens: αἷον, Latine sanguis dicitur. Hæmocharis potius scribendum: Æmonia, αἰμονία Stephano, regio (postea dicta est Thessalia) ab Æmo monte, cui propinqua est, vel ab Æmone Deucalionis filio: prius Pyrrha dicta, à Pyrrha Deucalionis uxore. Quidam cum aspiratione scribunt αἰμονία: quo pacto etiam apud Suidam legitur. Meminit Ovid. Eleg. 9. lib. 1. Trist.

Cyzicon æmonia nobile gentis opus.  
— Ibid. Eleg. 1. lib. 4. Æmonia curas attenuisse lyra.

Æmon, æmonis, gentile, αἰμῶν Stephano: & fœminicum Æmonis, ἰδίας, αἰμονίης. Et possessivum Æmonius, α, um. Ovid. in Epistol. Laodamia ad Protefilum,

— Æmonis, Æmonio Laodamia viro.

¶ Æmonia item oppidum est Norici, apud Plinium lib. 3. c. 24. Æmonides, αἰμονίδης, nomen viri, non quidem patronymicum, ut fit Æmonides, quasi Æmonis filius, sed primitivum, ut Thucydides. Virg. 10. Æneid. Vide Servium eo loco.

Æmulo, aris, cum accusativo iunctum, idem quod imitor. { ἱμῶν ἡμῶν halach bedhérech. ἑλῶν, φιλομῶν. GALL. Imiter, tâcher à faire aussi bien qu'un autre. ITAL. Imitar à concorrenza. GERM. Mit eifer nachhjun/ nachfolgen. HISP. A ver embidia en buena y mala parte. ANGL. To studie, to do as well as an other, to followe. } Cic. pro Flacco. Omnes eius urbis instituta laudare facilius possumus, quam æmulari. Terent. in prol. Andr. Quorum æmulari exoptat negligentiam potius quam istorum obscuram diligentiam. Horat. lib. 4. Carm. Pindarum quisquis studet æmulari. ¶ Interdum sine casu. Plaut. in Mercat. Æmulari quia non licet, invidet. ¶ Interdum ponitur pro invidio, & cum dativo ferè semper iungitur. Quintil. Qui veteribus æmulantur. Liv. 8. bell. Pun. Tanquam ab infimo mihi periculum sit, ne mecum æmuletur. { ἕκαστὸν κίννη. φθονία. GALL. Estez marry quand on n'a pas ce qu'a un autre. ITAL. Invidiare amaramente con desio di havere lo altruy. GERM. Mißgünnen/ vergünstig sein. HISP. A ver embidia, remedar en mal. ANGL. To envie. } Cic. Tuscul. Obrectare alteri, aut illa vitiosa æmulatione, quæ rivalitati similis est, æmulari, quid habet utilitatis? Et paulò post: Quumque corporis facibus inflammari soleamus ad omnes ferè cupiditates, eoque magis incendi, quòd his æmulemur, qui ea habent quæ nos habere cupiamus, &c. ¶ Propriè autem Æmulari significat cum quadam invidia atque ambitione & quasi certamine conari alienum opus superare, ut inde maiorem gloriam consequamur, quam ille quem æmulamur. Plin. ad Genit. lib. 7. Tu mihi bonum animu facis, qui libellos meos de ultione Heluidii, Demosthenis orationi ἐμῶν confers. Quam sanè cum componerem illos, habui in manibus, non ut æmulerer (improbum enim, ac penè furiosum; ) sed tamen imitarer, & sequerer tantum quantum aut diversitas ingeniorum maximi & minimi, aut causæ similitudo pateretur.

Æmulatio, Imitatio virtutis, invidia. Nam & in bonam, & in malam partem accipitur. { ἕκαστὸν κίννη. ἑλῶν, ἑλῶν. GALL. Envie d'en suivre quelqu'un, jalousie. ITAL. Il contrefare, imitare altri in qualche opera invidiosamente. GERM. Nachfolgung/ Eifer. Item Dergünst. HISP. Remedamiento en bien ò en mal, embidia. ANGL. Following of vortere, anitie in following the nades of another. } Cic. Tuscul. 4. Æmulatio dupliciter dicitur, ut in laude & in vitio nomen hoc sit. Nam imitatio virtutis, æmulatio dicitur: & est æmulatio ægritudo, si eo quod concupierit, alius potiatur, ipse careat.

Æmulator, oris, idem quod Æmulus. Cic. Attic. lib. 1. Servilius æmulator Catonis. ἑλῶν.

Æmulus, Invidus { ἕκαστὸν κίννη. φθονίης. GALL. Imitateur, envieux. ITAL. imitatore della altruy opera, invidioso. GERM. Nachfolger cin's dings/ Detgünstig. HISP. Embioso en bien y mal. ANGL. An follower, that enuyeth. } Demit honorem æmulus Aiaci (Ulysses) 13. Met. ut, Æmula scnectus, apud Virg. Æneid. Quæ quasi invidere nobis videtur iucundioris atatis felicitatem. ¶ Item ejusdem rei studiosus sectator, atque imitator, ἑλῶν. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 1. Lenonum æmuli lanii, quia ut lenones, jureiurando malo rem quarunt. Cic. Att. 6. Licebit enim solus ames, me æmulum non habebis. ¶ Ejusdem muse æmulus, pro ejusdem artis studioso, usurpatur à Gellio prover-

bii vice. Æmulus alicuius de re aliqua, id est, contendens cum aliquo de re aliqua. Plin. lib. 15. c. 18. ¶ Fama æmula Herculei laboris, id est, non minor quam quæ de Hercule olim ferebatur, vel quam si adventaret Hercules. Sil. Italic. lib. 4. Velleius, Æmula imperii Carthago.

Æmulus, αἰμῶν Stephano, mons Thracie, sic dictus ab Æmo Boreæ & Orythiæ filio. In hoc monte Martis domicilium collocaverunt Poëtae. Sunt qui per aspirationem scribunt, αἰμῶν: quo pacto & apud Suidam legitur.

Æmylia; vide Æmilia.

Ænaria, αἰνάρια, insula est in sinu Putcolano, de qua Suet. August. c. 92. sic scribit Plin. lib. 3. cap. 6. Ænaria à statione navium Ænææ. Homero Inarime dicta, Græcis Pithæcusa, non à simiarum multitudine (ut aliqui existimavere,) sed à siglinis doliariorum. Hodie Ischia dicitur, à figura oppidi, quòd in monte habet coxendicis figuram.

Ænarius, αἰνάρια. Locus in Achaia Peloponnesi regione, iuxta Olenum oppidum, in quo Achæi, de rebus communibus consultaturi, conventum agebant. Auctor Strabo lib. 8.

Ænèa, αἰνεία, urbs in Thracia, ab Ænea, ut Stephano placet, condita, quam nos eandem esse credimus cum ea, quam Plinius Ænon vocat. Hujus meminit Livius lib. 4. Proficiscuntur (inquit) à Thessalonica Æneam ad statum sacrificium. Item Theophrast. de plantis, Circa Æneam ficus arbor scabiem non sentit. ¶ Hinc fit gentile Æneates, αἰνεάτης, Stephano, & Æneaticus, αἰνεατικός, denominativum. Hoc etiam nomine olim dictum fuit oppidulum urbi Romæ imminens, quod & Ianiculum dicitur, conditum à Romulo Ænææ filio, ut tradit Dionysius. Ianiculum verò dictum, Festus ait, quia per ipsum populus Romanus transire cœperat in agrum Hetruscum. Nam & Ianus ab eundo dictus est, quasi Eanus, ut Cic. de natur. deor. ait.

Ænèas, αἰνεάτης, Veneris & Anchisæ filius, Virgilio carmine notissimus. Dictus Æneas, ut quidam putant, ab αἰνείω, quod est laudo: nam Laus à Græcis, αἰνέω, dicitur. Ab Ænea dicti sunt Æneades, αἰνεάδαι, Troiani. De huius genealogia vide Ovidium lib. 4. Fastorum.

Æneis, penult. ancipiti, huius Æneidos, liber de gestis Ænææ. Stat. & Ovid. ¶ Æneidomastix, liber à Carbilio Pistore in Virgilio editus. ¶ Æneius, quadrifyll. adjct. Virg. 7. Æneid.

Tu quoque littoribus nostris Æneia nutrit.  
Æternam moriens famam Caieta dedisti.

Ubi Servius: Hanc alii Ænææ, alii Creusæ, alii Ascanii nutricem volunt.

Ænefidemus, αἰνεσίδημος. Illustris Argivorum Imperator fuit, qui quum Argis à Philocle obsideretur, nec urbem tueri posset, impetrata à militibus abeundi facultate, ipse honestè in præsidio sibi credito occumbere maluit, quam cum dedecore in patriam reverti. Vide Liv. lib. 32. ab urb. cond.

Ænèus, a, um, idem est quod æreus. { ἑνεὺς ἑνεὺς. GALL. Qui est de cuire ou d'airin. ITAL. Cosa fatta di bronzo. GERM. Ein/Das von erz gemacht ist. HISP. Cosa de alambre ò cobre. ANGL. Made of brasse or copper. } Col. lib. 12. cap. 20. In coctura æruginem remittunt ænea vase. Cic. 6. Verr. Lectos æratos, & candelabra ænea. Vide Athenus, Ahenetus.

Ænèatōrēs, dicti sunt tubicines, ab ænea tuba. { ἑνεάτορας. GALL. Trompeteurs. ITAL. Trombetti. GERM. Trommeter. HISP. Tañedores de trompeta. ANGL. Trompeteries, which bloweth the trompette. } Ammian. lib. 59. Quum superesset exiguum noctis, æneatorum clangore ductores urbem, ut mox casuram, terribili corona cinxerunt. Suet. in Cesar. Dict. cap. 32.

¶ Ænèsi, Ænææ cōmites. Fest.

Ænefis, gratiarum actio, laudatio. ¶

Æni insula, αἰνία νῆσος, est insula in sinu Arabico. Ptolom.

Ænia, αἰνία, Stephano, oppidum est Perrhæborum, non præcul ab Achælo fluvio, cuius meminit Strabo lib. 8.

Æniensis, gentile, quo utitur Plin. 4. c. 9. & Ænian, anis, αἰνίαν Straboni, sicut Acarnan, anis.

Ænianicus, denominativum: ut sinus, αἰνιανῶν ἑσλάς.

Ænigmā, involucreum. { ἑνίγμα ἐνίγμα. GALL. Enigme, Sentence obscure & convertte. ITAL. Enigma, allegoria oscura. GERM. Ein rätsel. HISP. Enigma ò sentencia obscura. ANGL. Aridle, ò intricate question. } Obscura allegoria, vel quæ difficilè intelligitur, nisi aperiatur, ab αἰνίω, obscure loquor, innuo. Innuitur enim quiddam, quod pluribus explicandum est. Huiusmodi est illud libri Iudicum, De comedente exivit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Gell. lib. 12. c. 6. Quæ Græci dicunt Ænigmata, hoc genus quidam ex nostris veteribus Scrupos appellant. ¶ Idem est aliquando quod parabola. Sic apud Ezech. 17. dicitur, Fili hominis propone ænigma, & narra parabolam: aquila grandis, &c. ubi ænigma, vel parabola vocatur aquila vastans Libanum, per quam intelligit Nabuchodonosorem vastantem Hierusalem.

Ænigmātīcus, a, um, αἰνιματικός, obscurus, & ænigmaticus, involutus, Ænigmātīstēs, αἰνιματίστεις, qui ænigma facit, seu proponit. Hieronymus contra Iovin. Sed quid ad nostrum ænigmatistē, cuius libros multò difficilius est nosse, quam vincere?

Ænigmatizo, & parabolizo. Ezech. 17. sic habes, Fili hominis propone ænigma, & narra parabolam, quod Hebraicè concipitur, Ænigmatiza ænigma, & paraboliza parabolam. Qui modus loquendi usitatus est Atticis & Latinis, servitutem servire, mori mortem.

Æniochi, vide Heniochi.

¶ Ænittologium carmen appellant, quod capit dactylos duos, trochæos tres, ut:

Prælia dira placent truci inventa. ¶

Ænobarbus dictus est Domitius, quoniam Castor & Pollux quum victoriam illi nuntiarent, ipseque minimè crederet narrantibus, malas, barbâque manibus permulserunt, & eam ex fusca in flavam converterunt: undè à barba rutila, ænèique coloris, Ænobarbus dictus, quod postea Domitiorum cognomen fuit. Vide Suet. in Nerone. c. 1. & Plut. in Paulo Æmil.

Ænos, αἰνός Stephano, oppidum Thracie liberum, cum Polydori tumultu. Plin. lib. 6. c. 11. Straboni Poltiobria dicitur. Oppidum hoc Virg. credi

credi vult ab Aenea conditum fuisse, & ab eo nomen accepisse, quum ait lib.3. Aeneid.

feror huc, & littore curvo  
Maenia prima loco, satis ingressus iniquis,  
Aeneadaeque meo nomen de nomine singo. Serv.

Aenum, genus vas, ab aere, quod & cacabus, sive caldare dicitur, & aeneor. Dividitur quandoque diphthongus per diaresem, & tunc ( ut Serv. docet ) aspiratio interponitur, ut apud Horatium,  
Sub noctem gelidam signis calefactat ahenum.

Virg. Aut foliis undam tepidi dispumat aheni.

Aenulum, & Aencolum, diminutivum ex Aeno. Pompon.  
Aenus, vel Ahenus, a, um, idem significat quod aereus. Virg. 2. Aeneid.  
— luce corosctus ahenus.

Quem Virg. locum Gell. lib. 12. c. 3. testatur se vidisse in vetustissimo exemplari, & Virgilli ( ut ipse credebatur ) archetypo : ubi aspiratio in dictione aena non interposita erat literis, quemadmodum nunc scribimus : sed Graecorum more literis superposita.

Aenus, aiv. Germaniae fluvius est, Vindelicos a Noricis dividens. Ptolom.

Aeolia, aivlia, Stephano, insula est Siciliae adiacens, una earum, quae a Graecis Hephastides, a Latinis Vulcaniae appellantur, & Aolia. Putatur eadem esse quae alio nomine Strongyle dicitur. In illa enim Aolus, quamvis Vulcanis omnibus imperaret, praecipue domicilium habuisse fertur. Plin. lib. 2. c. 106. Aeolia insula iuxta Italiam cum ipso mari arsit per aliquot dies sociali bello, donec legatio Senatus pervenit. Meminit huius & Homerus lib. 10. Odyssi. Aiolio d' is rasi aphi-  
meu. Et hunc imitatus Virg. lib. 1.

Ventorum in patriam, loca facta furentibus Austris,  
Aoliam venit.

A quibusdam etiam Aolia dicitur, regio minoris Asiae, Hellepontum, & Propontidi adiacens, quae olim Mysia dicebatur. Verum hanc cum Plinio, Strabone, Mela, ceterisque Geographis melius Aiolidem appellaveris. Vide paulo post in dictione Aiolis. Aolia insula, quae & Vulcaniae, aivlia dicitur : insula sunt numero septem, non procul a Peloro Siciliae promontorio distat : de quibus sic scribit Plin. lib. 3. c. 8. Citra vero Siciliam ex adverso Metauri amnis XII. millibus ferme passuum ab Italia, septem Aoliae appellatae. Eadem Liparorum, & Hephastides a Graecis, a nostris Vulcaniae. Dicitur Aolia, quod Aolus Iliacis temporibus ibi regnabat. Harum insularum nomina sunt, Lipara, Hiera, Strongyle, Dydime, Ericusa, Phoenicusa, & Evonymus, Plin. eod. lib. c. 5.

Aeoles aivols, Populi fuerunt Graeci, ita dicti ab Aeolo Hellenis filio. Hi relicta patria, in Asiam traiecerunt, sedibusque in Misis minore fixis, Aiolidem a se vocaverunt. Antea Pelasgi dicebantur, teste Herod. lib. 7.

Aeolicus, a, um, aivols : ut lingua Aolica, una ex quinque Graecorum dialectis.

Aeolidēs, aivols, dictus est Ulysses ab avo Aeolo, qui filium habuit Sisyphum, ex quo & Anticlea ante Laertae nuptias natus est Ulysses, Virg. lib. 6.

comes additur una  
Hortator scelerum Aolides.

Hoc etiam nomine vocat Virg. Misenum Aeneae tubicinem.  
Misenum, inquit, Aolidem, quo non praestantior alter  
Aere tiere viros.

Aeolis, idis, aivols, regio est in minore Asia, Lecto promontorio a Troade, Hermo autem fluvio ab Ionia divisa : ita dicta ab Aeolibus Graeciae populis, qui duodecim in ea urbes aedificaverunt, teste Herodoto lib. 1. Antea Mysia dicebatur, teste Plin. lib. 5. c. 30.

Aeolus, aivols, Iovis filius ex Acesta, sive Sergesta filia Hippotae Troiani : a quo Hippotades dicitur. Ovid. 11. Metamorph.  
Quid sacer Hippotades tibi sit, qui carcere fortis  
Contineat ventos.

Hic in hospites benignus fuisse, & Aolias a se nominatas insulas in ora Siciliae tenuisse perhibetur, & in his Strongylen, ex cuius fumo, quinam status futuri essent, in triduum praedicebat. Unde ventorum rex putatus est. Aeolus Hellenis filius, a quo ventorum rationem primo inventam tradit Plin. lib. 7. cap. 1.

Aeon, is, aivum : Tertull. ||

Aeos, aiv, Typhonis fuit filius, quem quidam scribunt Paphon Cypri civitatem condidisse : quum tamen sint, qui Paphi Pygmalionis filii opus esse scribant.

Aepa, aivpa Stephano, Agri Lacomici oppidum, non procul a Pharis. Strabo lib. 8. Aepa hoc tempore Thuria dicitur, quam Pharis conterminam commemoravimus : sita vero est in excelsa colle : unde aivpa, id est celsa, nomen sortita est.

Aepolus, aivols : Pastoris nomen apud Theocritum, per syncopen dictum ( ut quidam putant ) pro aivpols, d' aivpa, & πολυ τ' aivpa, aivpa : quasi oivpa τ' aivpa aivpa aivpa. Latine Caprarium vertere possumus. Nam illi aivpols dicunt, quem nos Caprarium gregem.

Aepulo, Istriae rex fuit, teste Livio, qui a Romanis victus, ferro se maluit occidere, quam vivus in Romanorum potestatem venire.

Aepy, aiv, urbs fuit sub ditione Nestoris, quam aivpa, hoc est, bene munitam, dixit Hom. lib. 11. Iliad. Et in montibus sitam esse dicit Stat. lib. 4. Thebaid. quum inquit, Quos Thryon & summis ingestum montibus Aepy. Unde & nomen accepisse videtur, quod edito in loco situm esset. Nam aivpa, idem est quod altus, sive excelsus. Meminit urbis huius & Strabo lib. 8.

Aequabilis, vide Aequus.

Aequuus, Aequalis, ejsdem aetatis, ab aequalitate aui. { אֵקוּוּס keqbil. aivpa. GALL. D'un mesme age. ITAL. Della medesima eta. GERM. Gleiches alters. HISP. Cosa de yqual edad. ANGL. Of the same age. } Virg. 2. Aeneid.

Vt regem aequuum crudeli vulnere vidi  
Vitam exhalantem.

Nomen est proprie Poeticum, nam Aequalis oratorium est. Plin. Calepini Pars I,

tamen hac voce est usus lib. 6. cap. 44.

Aequamentum, Aequatio est : quod & Libramentum dicitur, aequa utrinque portione propendente : aivpa. Sic enim vertit Gaza locum Arist. de Animalibus.

Aequanimis, & hoc Aequanime, & Aequanimus, a, um, qui est aequi animi, qui nec prosperis extollitur, nec adversis frangitur. { אֵקוּוּס erech appajim. aivpa. GALL. Qui prend bien les choses qui surviennent sans se facher & ennuyer. ITAL. Quello che e d'animo temperato. GERM. Beständig gemüts. HISP. Paciente y sufrido. ANGL. Patient, which taketh all in a good parte. } Ausonius,  
Aequanimus siam te iudice, sive legenda,  
Sive legenda putes carmina qua dedimus.

Aequanimitas, Favor, & propitius animus. { אֵקוּוּס erech appajim. aivpa. GALL. Patience. ITAL. Temperanza d'animo. GERM. Dulmüthigkeit. HISP. Paciencia, y sufrimiento. ANGL. Patience in adversitie as in prosperitie. } Terent. in Adelph. Facite, aequanimitas vestra Poetae ad scribendum augeat industriam.

Aequanimitet, moderate, patienter, aequo animo, sive aivpa. Macrobi. Satur. lib. 2. c. 4. Cum aequanimitet aliqua etiam iocis mordaciora pertulerit.

Aequatio, vide Aequo, aequas, in Aequus.

Aequator, oris, Circulus in caelo sphaeram dividens in duas partes aequales, parem utrinque versus polos mundi distantiam relinquens, in quem quum Sol incidit ( quod bis contingit in anno, semel in principio Arietis, atque iterum in principio Librae ) dies sunt aequales nocti in toto orbe terrarum, aivpa.

Aequē, vide Aequus.

Aequi, populi fuerunt Italiae, Latinis & Volscis finitimi, a Quinto Cincinnato Dictatore ad internecionem deleti.

Aequicula, mensurae genus. Pap. ||

Aequiculanī, Italiae populi, Sabinis ad Orientem proximi : quorum oppida sunt Cliternum, & Calceoli. Horum meminit Plin. lib. 3. cap. 12. Idem a Virg. 7. Aeneid. Aequicolae vocantur.

Horrida ( inquit ) praecipue cui gens, assuetaque multo  
Venatu nemorum, duris Aequicola glebis.

Eisdem & Aequicolos dictos invenimus. Ovid. 3. Fast.

Quintum Laurentes, bis quintum Aequicolus acer.

Aequicus, a, um, Liv. lib. 3. ab Urb. Bellum Aequicum.

Aequidiale, dictum ab antiquis, quod nunc dicimus Aequinoctiale, quia nox diei potius, quam dies nocti annumerari debet, aivpa. Sic etiam Aequidium, aivpa, quod nunc Aequinoctium. Festus Archithrenius lib. 8. cap. 9.

Aequator solem statione reflectit,  
Aequidieque facit.

Aequidici versus dicuntur, qui singulis propositionibus aivpa appa- rant versus dictiones, ut

Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Albis enim nigra, ligustris vaccinia attribuit, & cadentibus legenda assignavit. Hae ex Diomede Grammatico lib. 3.

Aequiformis, aivpa, ut versus aequiformis, apud Diomedem Grammatico lib. 2.

Aequilabia, commensurata. Poll. ||

Aequilatio, aivpa. Nomen duriusculae compositum ex aequo latum, quasi aequalium linearum secundum latitudinem productio. Vitruv. lib. 2. c. 8. Tunc ab centro diducto circino ad lineam plantitiae aequilatio signetur.

Aequilantium, seu ut alii, Aequilavium. Festus exponit a lavatione lanæ, quae dicitur aequilavio redire, quum dimidium decidit sordibus. || Isid. in Gloss. Aequilorum, aequatio. ||

Aequilatio : aequalium, secundum latitudinem, linearum productio : ab aequus & latus. ||

Aequilibrium, Aequatio librae. { אֵקוּוּס péles. אֵקוּוּס mischkal. aivpa. GALL. Pareil poids, entre deux vers. ITAL. La languetta della bilanza. GERM. So die mag insicht gleich ist. HISP. peso que yguala a otro tanto peso. ANGL. Equall weigh. } quod & Aequamentum, & Libramentum dicitur, quum pro bilancis, seu statera lingua sumitur, aivpa. Gellius lib. 20. c. 1. Nec cui membrum ab alio ruptum est, si ipse itidem rumpere per talionem velit, quæro an efficere possit rumpendi pariter membri aequilibrium. Colum. lib. de arbor. c. 5. Cum undique velut aequilibrio stabilita in eo requiescit.

Aequilibris, & hoc bre, ex Aequus & libra compositum, proprie significare videtur, quod ad libram aequali constat pondere, ut si dicas, Hi numeri sunt aequilibres, id est aequali pondere. { אֵקוּוּס במשכיל ecbadh. אֵקוּוּס schorveh. aivpa. GALL. Tout d'un poids, d'un mesme poids. ITAL. Di yqual peso. GERM. Gleich gewichtig. HISP. De peso yqual. ANGL. Of the same weight. } Transferitur tamen ad aliam aequalitatem. Vitruv. lib. 5. c. 12. Sesquipedales margines struantur aequilibres ei plantitiae, quæ supra scripta est, hoc est, omnino aequales, quasi ad libram aequati, vel quasi aequaliter librati.

Aequilibras, atis, aequabilitas, aequalitas, aivpa. { ANGL. Equalitie of weight. } Cic. 1. de nat. Deorum : Confugis ad aequilibratam : sic enim aivpa ( si placet ) appellemus.

Aequilotium, aequatio lotionis. Isid. ||  
Aequilorium, aequatio. Festus : Aequilavium significat ex toto dimidium, dictum a lavatione lanæ, qua dicitur aequilavio redire, cum dimidium decidit sordibus.

Aequimanus, || qui utraque manu gladio incunctanter utitur. Isid. Orig. lib. 10. Auson. in Monosyllab. Aequimanus Tirax.

Aequimelum, locus Romæ, ubi domus Melii solo aequata fuit. Sp. enim Melius ob frumenti largitionem in suspicionem affectatae dominationis venit : & quum ad populi fidem fugeret, a Servilio Hala magistro equitum comprehensus & occisus est, domusque eius diruta, & arces Aequimelum dicta. Ex Tito Livio 1. dec. lib. 4. Cicero pro domo sua, Melii regnum appetentis domus est complanata. Et quid aliud aequum accidisse Melio Populus Rom. indicavit ? Nominis ipso Aequimelii stultitiae pœna comprobata est.

Aequimentum, ait Nonius : sed melius Equimentum, de quo suo loco. D 4 Aequino

Æquinoctium, ab æqualitate noctium dicitur, quod tunc dies & nox horarum spatio æquales sint. { ἰσημερινός schiſſuſbāōm. ἰσημερινός. GALL. L'equinoxe. ITAL. Equinoctio. GERM. Gleiche länge tags vnd nachts. HISP. La ygualdad del dia y de la noche. } Cic. ad Attic. Nunc quidem æquinoctium nos moratur, quod valde perturbatum erat. Æquinoctii periphraſis elegans eſt apud Ovid. El. 12. lib. 3. Triſt.

Impoſitamque ſibi qui non bene pertulit Hellen, Tempora nocturnis aqua diurna facit.

Duo ſunt autem æquinoctia. Vernale ſcilicet, & Autumnale. Vernale fit quarto Idus Martias, vel circa octavam Kalend. April. & in octava parte Arietis conſtititur. Autumnale decimo octavo Kalend. Octobris ante Vergiliarum occaſum diebus quadraginta, Annum enim olim in duas tantum partes dividebant, hoc eſt, in æſtivum & hyemale ſolſtitium.

Æquinoctialis, adjectivum, ἰσημερινός. { GALL. Equinoctial. ITAL. Coſa pertinente all' equinoctio. GERM. Das zu des tags vnd nachts gleiche gehört. HISP. Coſa de aquella ygualdad. ANGL. Equinoctial. } ut, Tempus æquinoctiale, & Horæ æquinoctiales, quarum 24. exæquant diem naturalem. Plin. lib. 2. c. 73. Sic fit, ut vario lucis incremento in Meroë longiſſimus dies 211. horas æquinoctiales; & octo partes unius horæ colligar. Catull.

Iam vere gelidos refert tepores, Iam cœli furor æquinoctialis, Incundis Zephyri ſiſcit auris.

Æquipar, æqualis. Cath. ||

ÆQUIPARO, as, Comparo, æquo, { ἰσημερῆσαι schiſſuſbāb, ἰσομέτρησι dimmāb. ἰσοία. GALL. Eger, parangonner. ITAL. Agguagliare. GERM. Vere gleichen. HISP. Ygualar una coſa à otra. ANGL. To compare, to mak equal. } Cic. 5. Tuſc. Nemo eſt qui factis me æquiparare poteſt. Virg. 3. Eclog.

Nec calamis ſolum æquiparas, ſed voce magiſtrum.

Africa, || quod ibi nulla sit *φύκη*, nullum gelu, ut vult Servius || regio latissima, una ex tribus præcipuis mundi partibus, ad Orientem Ægypto & Nilo fluvio, ab Occasu Oceano Atlantico terminata: à Meridie Oceanum Australem, ad Septentrionem mare Libycum spectans. } GERM. Der dritte theil der welt. } Nomen habet ( si Iosepho credimus ) ab uno posterorum Abrahamæ, cui nomen erat Afer: vel ( quod verisimilius est ) ab a privativo, & Græco nomine *φύκη*, quod horrorem significat. Est enim hæc regio frigoris horroreque expers, ut quæ majore sui parte inter Tropicos sita sit. Provincias habet ad Mediterraneum mare extensas, duplicem Mauritaniam, Tingitanam, & Cæsarensis, deinde Numidiam, post Africam propriè dictam, quæ & Africa minor dicitur. Hanc excipit Cyrenensis, sive Pentapolitana regio. Post hanc & Libya Marcotica, Ægypto contermina. Interiora Africæ Æthiopes habent, plurimique alii populi monstrosi, quos enumerat Plin. lib. 5. cap. 8. } Africa minor olim urbes habuit Carthaginem, Uticam, Adrumetum, Zaram, Hipponem regium, & alias quasdam. } Africa semper aliquid novi apportat. Proverbium quod quadrat in homines lubrica fide, semperque novandarum rerum avidos. Quod quidem ideo dicebatur, quod in Africa siticulosa regione ad unum aliquem rivum plurimæ ferarum species bibendi gratia convenire cogantur, ibique varia mixtura violentæ Veneris varias monstrorum formas subindeque novas nasci. Ex Plin. lib. 8. cap. 16. Aristot. de generat. anim. lib. 2. cap. 5.

Afer, a, um, *ἀφρῆς*, adjectivum, Armentarius, Afer. Virg. 3. Georg.

Murice Afro tincta lana.

Horat. 2. Carm. } *ἄφρα* avis, proverbii specie, *ἀφρῆς*, *ἀφρῆς* *ὄρνις*. Refertur à Suida de rebus prægrandibus, quod ex ea regione deportentur aves immani magnitudine. Horat. de prælaurâ usurpavit.

Non *ἄφρα* avis descendat in ventrem meum,

Non attagen Ionicus,

Iucundior quàm lecta de pinguis simis

— *Oliva ramis arborum.*

Nam gallinas prægrandes olim mittebat Africa, quas easdem Numidicas aves appellant. Acron videtur de struthione sentire, quæ & ipsa avis mira mole corporis esse fertur. Non ineptè iacietur in hontinem peregrino cultu notabilem. Plant. Pannul. Pœnum autem vocat ob manicas alarum instar utrinque pensiles. Proverbium extat in Avibus Aristophan. Interpres indicat convenire in barbaros ac meticulosos. Sunt enim prægrandes feræ timidiore. Terent. Hic nebulo magnus est. Ex Adag. Chiliad.

Afer, *ἀφρῆς*, qui est ex Africa,

Dirus Afer,

Horat. 4. Carm.

Sitientes Afri.

Virg. 1. Eclog. Est enim Africa calidissima regio.

Aforus, pisciculus, qui propter exiguitatem hamo capi non potest. Isid.

Afratum, spumeum. Isid. lib. 1. cap. 2.

Africus, a, um, *ἀφρῆς*: ut Africa bella, apud Sil. lib. 17. Liv. lib. 2. d. 7.

Africanus, a, um, ut Gens Africana, Gallinæ Africanae. Varro de re rust.

lib. 3. cap. 4. Gallinæ Africanae sunt grandes, variæ gibberæ, quæ Menæagrides appellant Græci. Vide Suet. in Calig. cap. 18.

Africanæ, feræ sunt in Africa copiosæ, ex genere pantherarum, quæ & Variæ appellantur, à macularum varietate, *παρδαλῆς*. Plin. lib. 8. c. 17. Senatusconsultum fuit vetus, ne liceret Africanas in Italiam advehere. Vide Suet. in Claud. cap. 21. Liv. lib. 4. d. 5.

Africia, genus liborum, quo antiqui usi in sacrificiis. Arnob. } Africiis, substantivum, venti nomen est ab Africa spirantis inter Austrum & Zephyrum, qui & *ἀφρῆς* à Græcis dicitur. } ITAL. *Pouante, Lebeche*: Flandris, Zuid, westen, Vesten. } Virg. Æneid.

Vnâ Eurûsque, Nothûsque ruunt, creberque procellis Africus.

Horat. lib. 1. Carm.

Lucantem tauris fluctibus Africum.

Africus, adject. ab Africo vento: ut, Africæ procellæ, ab Africo vento excitatæ.

Non est meum, si mugiat Africis

Malus procellis,

Horat. 3. Carm. Od. 29.

Afrutabulum, vasculum. Pap. }

AG

Agabo, qui negotia præcedit. Isid. gl. Pap }

Agactari, populi, alias Agaturi. Plin. 28. cap. 68.

Agærus, *ἄγαιρος*, Scytharum rex. Vide in Panticarpæo.

Agamantæ, populi sunt circa Mæotim. Plin. lib. 6. c. 7.

Agugulo, dicitur vanus fornicator. Isid. gl. Pap.

Agalacta, pascua nuncuparunt veteres medici, lacti minus accommodata: nam herbis lactis aliquo modo naturam immutari traditum est.

Agallochum, { *ἄγαλλοχόν* *ahalim. ἄγαλλοχόν*. GALL. Bois d'aloës. ITAL. Ligno aloë. GERM. Holz aloës. HISP. Linaloe. } Lignum est Diofcoridi thuyæ ligno simile, maculis quibusdam distinctum, odore jucundissimo, gustu subamarum, oris graveolentiæ maximè conducens. Græci recentiores *ἐλακαλίω* appellantur: quos nostræ ætatis septuagintarii imitati, Lignum aloës vocarunt.

Agamede, *ἄγαμέδων*, oppidum Lesbi insulæ. Plin. 5. cap. 31.

Agamedes, *ἄγαμέδων*, viri eius nomen fuit, qui cum Trophonio Apollini Delphis templum extruxit: cujus meriti nomine, quum ab Apolline præmium postulassent quod ille homini optimum duceret, post diem tertium in lecto mortui reperti sunt.

Agamemnon, *ἄγαμέμνων*, Atrei & Æropes filius, frater Menelai, & rex Mycenarum, qui in ea expeditione, quam Græci ob Helenæ raptum adversus Troianos susceperunt, omnium consensu universi exercitus dux est declaratus. Quo in bello, decimo demum anno victoria potitus, ubi primùm in Græciam rediit, à Clytemnestra uxore, adjuvante Ægistho ( qui cum illa, absente viro, adulterii consuetudinem habuerat ) est interfectus, relicto filio Oreste, qui postea indignam patris necem ulciscens, matrem unâ cum adultero interemit. Vide Senec. in Agamemnon. & Euripid. in Oreste.

Agamemnonis hostia, *ἄγαμέμνωνος ἑστία*, in duos & persuasus difficile dicitur. Inde natum, quod Agamemnone rem divinam in Troia facturo, bos effugerit, vique multo negotio comprehensus, reductus est. Quadrabit etiam in eos, qui nolentes & adacti quippiam agunt. Olim in sacris spectabatur, ut hostia lenis ac volens adstaret. Quod si refracto fune profugisset, infaustum omen habebatur. Videtur & huc posse referri, quod Agamemnon in Aulide filiam Iphigeniam sacrificavit: sed admodum invitus. Recensetur à Zenodoto.

Agamemnonius, adjectivum. Virg. lib. 6. Æneid.

Ernet ille Argos Agamemnoniasque Mycenæ.

Agamemnonii putei, *ἄγαμέμνωνος φεγάται*, proverbialiter de admirandis operibus dicebatur: aiunt enim & circa Aulidem, & passim in Græcia puteos effodisse, ne per æstum aquarum inopia laborari possent. Autòr Zenodotus.

Agamnestor, *ἄγαμέμνωνος*, nomen est Atheniensium regis.

Agamis, Latine dicitur cœlebs, *ἄγαμος*, hoc est, sine viro, seu uxore. } ANGL. *chaste*. } *γάμος* enim nuptiæ sunt.

Agamzua, Mediæ oppidum. Plin. lib. 16. cap. 14.

Agandei, populi circa Mæotim. Plin. lib. 6. cap. 7.

Agane, *ἄγανη*, nomen proprium filia Cadmi & Hermiones, & Echionis uxoris, quæ versa in fariam, Pentheum filium laniavit.

Aganippæ, pes, fons Bœotia à Cadmo monstratus, Musis sacer, quem poëta fabulantur factum esse Pegasi equi alati ungula, *ἄγανιππῆς*. } GERM. Ein brunnen im Beotia den Musis zugeatmet. }

Aganippæus, a, um, denominativum, *ἄγανιππῆος*. Propertius,

Par Aganippæe ludere docta lyra.

Aganippis, *ἄγανιππίς*, patronymicum fœmininum. Ovid. 5. Fast.

Dicite, qua fontes Aganippidos Hippocrenes,

Grata Medusæ signa tenentis equi.

Agapenor, *ἄγαπηνωρ*, Præfectus classis Agamemnonis, apud Hom. in Catalog. navium. Latine, Amans viros, vel qui ab aliis amatur.

Agape, pes, *ἄγαπη*, habet duo nomina apud Latinos, charitatem scilicet, & dilectionem. August. de verbis Domini, loquens de epulone divite, contra raptos, qui amore Dei aliena distribuunt, dicit in persona talium: Ego similis illius divitiis, non sicut agapes facio. Agape, in Decret. Pontif. 42. distinct. cap. si quis despiciat, sumitur pro elemosyna. Prisci Christiani conviviola sua appellabant Agapas: atque hinc quoque sacram ac mysticam Domini nostri Iesu Christi cœnam. Locus tamen citatus in Decret. aliter legitur ab aliis: nam pro *agapes*, legunt *eclapinas*.

Agapetus, *ἄγαπίτος*, dilectus, gratus, jucundus.

Agapetus, *ἄγαπίτος*, Synnada, quæ est in Phrygia, Episcopus, de quo vide Euseb. hist. Eccl. Latine interpretatur diligibilis, vel dilectione dignus.

Agapius, *ἄγαπίος*, Alexandrinus medicus fuit, qui Byzantii magna celebritate medicinam docuit. } Fuit & alter Atheniensis Philosophus, post Proclum Marini Neapolitani discipulus. Suidas.

Agar, *ἄγαρ*, nomen ancillæ Abrahamæ, quod interpretatur advena: à qua Agareni *ἄγαρῶν*, populi Arabiæ, qui nunc Saraceni dicuntur, à Sara uxore

uxore Abrahæ. Idor. Hos bello aggressus Traianus Cæsar, eorum oppidum Agaram mœnibus nudavit, eos tamen nunquam potuit acie superare, tempestate cæli tanquam divinitus perpetuo obstante.

Autor Dion. Agaricon, ἄγαριον, GALL. *Agaric*. ITAL. & HISP. *Agarico*. GERM. *Dannenschwam*. Fungus est, aut certe radix laserpitio similis, fungi more in arboribus nascens, sapore initio dulci, sed mox in amaritudinem declinante. Nascitur circa Bosporum Cimmedum, iuxta fluvium Agarum, & in Galatia. Duo eius sunt genera, mas, & femina. Vide Plin. lib. 2. cap. 9. & Ruell. lib. 3. cap. 1.

Agaron, agazo, minister officialis. Isid. gl. Item, Promontorium est Sarmatiæ Europæ, ab ea parte, qua Bosporo Cimmerico proxima est. Autor Ptolem.

Agarus, ἄγαρος, fluvius Sarmatiæ Europæ, in Bosporum Cimmericum illabens, circa quem radix quædam fungosa arboribus adnascitur, quæ ab eo Agaricum dicitur. Fluvii hujus meminit Ptolemæus in descriptione Sarmatiæ, & Cœl. antiq. lib. 18. cap. 8.

Agathias, ἀγαθίας, ex Stryphalo Arcadiæ oppido vir fortis, & bello clarus, de quo Xenophon lib. 6. de expeditione Cyri minoris.

Agasticles, ἀγαστικλῆς, Spartanorum rex clarissimus fuit, cuius extat aureum illud apud Plutarchum apophthegma, Nullum esse firmius stabilendi regni præsidium, quam si rex ita civibus imperet, ut parentes liberis.

Agaso, Equorum, vel asinorum ductor. ἄγασος, ἄγασος, GALL. *Palefrenier*, qui meine les chevaux, & les pense, *Muletier*. ITAL. *Afinajo*, *mulattiere*. GERM. Ein vichreiber, eseltreiber, roßhub. HISP. *Harriero*, de que aguija los mulos. ANGL. *A horse or mule keeper*. Plin. lib. 3. cap. 11. Pinxit & in una tabula, quæque maxime inclatuit, agasonem cum equo. Livius, acceptos ab agasonibus equos, quum rex ascensus erat, admovebant. Pers. 5. Satyr. Trellis Agaso dixit, pro homine qui omnibus est contemptui.

Agaso, nomen proprium servi. Horatius, si patinam pede lapsus frangat Agaso.

Agasthenes, ἀγασθένης, fuit, teste Hom. lib. Iliad. 2. pater formosi Polyxeni, qui navibus suæ gentis præfuit in expeditione Troiana. Latine interpretatur insigniter robustus.

Agastrophus, ἀγαστροφός, Pæoniæ fuit filius, & heros, inter primos Trojanorum bellatores: sed à Diomedæ vulneratus in coxa, mortem obiit, ut scribit Hom. lib. Iliad. 12.

Agasyllis, ἀγασύλλης, frutex est, quem iuxta Cyrenem Africa gignit, ex quo succus profluens in subjectas arenas decidit: quem Ammoniacum vocant. Vide Diosc. & Ruell. lib. 3. cap. 52.

Agasyrtus, ἄγασύρτος, ἄγασύρτος, GALL. *Ord*, *sale*. ITAL. *Sordido*, *scallido*. GERM. *Wüst*, *vnstättig*, *vngerähten*. HISP. *Suzio*. ANGL. *Slutish*, *vnhonest in his clothes*. Apud Latinos squalidum sonat & sordidum: unde Pittacus Mityleneus philosophus, Agasyrtus est ab Alceæ dictus, quod neglecto corporis cultu videretur sordidior.

Agatha, ἀγάθη, Stephano, oppidum provinciæ Narbonensis, quondam Massiliensium. Vide Plin. lib. 3. cap. 4. Fuit præterea hoc nomine virgo (teste Volaterrano lib. 13.) Cathanensis, & martyr, sub Gallo mammillis torta.

Agatharchides, ἀγαθαρχίδης, Historicus Samius, de quo Plut. in historia Persica, & Diodorus Siculus. Extant hodièque nonnulla ex eius scriptis exempla.

Agathæa, ἀγαθαῖα, oppidum est Phocidis. Steph.

Agathias, ἀγαθίας, Smyræus fuit historicus nobilissimus, qui Iustiani Cæsaris gesta conscripsit.

Agathis, gemma primum reperta iuxta fluvium Siciliæ. Pap. Agathyrnum, vide Agathyrsus.

Agatho, ἀγάθος, Philosophi Pythagorici nomen fuit. Hic quum annorum esset octoginta, ab Archelao rege interrogatus, num quas adhuc servaret pristini roboris reliquias? Quidni? inquit; nam non modò Ver, verum etiam Autumnus consuevit bonos fructus proferre. Fuit etiam hoc nomine Atheniensis vir, portentosa proceritatis & fortitudinis, de quo Philostratus in vita Herodis Attici. Fuit & nomen filii Priami, qui cum patre Hectoris corpus redempturo, ad Achillem profectus est, ut habet Hom. Iliad. lib. ult. Alius fuit Agathon tibicen quispiam, cantilenarum suavitate majorem in modum aures delinens. Nec hujus mores difficiles musicæ prohibentur, laboravit enim infamia mollitiæ. Unde Adagium, Agathonia cantio, ἀγαθωνίων ἀλλοσις. Rectè dicitur de oratione blanda magis, quam frugifera. Authores Suidas & Zenodotus.

Agathopolis, ἀγαθόπολις, Galliæ Narbonensis civitas est, quæ hodie Montpellieranus dicitur, vulgò *Montpellier*, vel potiùs *Agde*.

Agathocles, ἀγαθοκλῆς, Siculus tyrannus fuit. Plaut. Men. sc. 4. a. 2. In Sicilia, ubi Rex Agathocles regnator fuit, & in Pseud. sc. 5. a. 1. Virtute regi Agathocli antecesseris, qui ex sordido genere natus, patre scilicet figulo, quum libidini, atrociniòque operam dedisset, gregariam militiam exercuit: in qua quòd manu strenuus esset, & concionibus perfacundus, brevi ex centurione tribunus militum evasit: & primo quidem bello contra hostes pugnans magna suæ virtutis præbuit experimenta, adeò ut in demortui regis locum fuerit suffectus. Nec multò post interfectis Syracusanis nobilibus, cum Carthaginensibus bellum gessit. Deinde spe ampliandi regni in Italiam trajecit: ubi quum deceptus fuisset, ex indignatione morbum contraxit: ex quo etiam vita functus est. Hic quum figuli (ut modò diximus) esset filius, generis humilitatem non modò non dissimulavit, verum etiam eo veluti firmissimo argumento usus est ad inflammandos suos ad capefendam virtutem. Unde vasis aureis frequenter figulina solebat admiscere, ut ostenderet sordidissimæ etiam conditionis hominibus per virtutem ad honores iter patere.

Agathusa, ἀγαθήσα, Callimacho, dicta est insula unguento nobilis, quæ alio nomine Telos dicitur. Plin. lib. 4. cap. 12.

Agathyrsus, sive Agathyrsa, ἀγαθύρσι Steph. Urbs est Siciliæ, quæ recensetur à Plin. lib. 3. cap. 8.

Agathyrsi, ἀγαθύρσιοι, populi Scythiæ vicini, qui multum habent auri, Calepini Pars I.

sine avaritia, aut invidia. Hos Plin. lib. 4. cap. 22. scribit habere capillos caruleos. Poëtæ pictos vocant, quoniam versicoloribus vestibus induuntur. Virg. lib. 4.

Cretesque, Dryopesque fremunt, pictique Agathyrsi, dicti Agathyrsi, ab Agathyrso Herculis filio.

Agaton minister officialis: fortè *Agaso*.

Agave, ἀγάπη, filia Cadmi & Hermiones, & uxor Echionis, quæ in furorem versa, Pentheum filium regem Thebanorum, in Orgiis Bacchi suis manibus dilaniavit.

Agavi, ἀγάβη, Populi sunt Septentrionales, quos Homerus circa initium lib. 13. Iliad. dixit esse gentem innocentissimam, ut quæ sine ullis divitiis equino victitat lacte.

Agavus, ἀγάβης, Unus è Priami filiis, apud Homerum lib. Iliad. ult. qui patrem Hectoris corpus ab Achille redempturum comitabatur.

Agbarus, ἄγβαρος, Rex fuit Edessæ, cuius ad Christum Servatorem nostrum epistolam, Christianique itidem responsum, vide apud Euseb.

Agbatana, orum, ἀγβάτωνα Stephano, oppidum Phœnicæ, quod Plin. lib. 5. cap. 19. Ecbatana appellat. Item oppidum Mediæ, totius regionis caput, à Seleuco conditum: quod & ipsam Plinius Ecbatana appellat, lib. 6. cap. 14.

Agè, Adverbium adhortantis: & singularem numerum desiderat, Agite pluralem: Agedum utrumque admittit. ἄγε habeb. ἀγε, φες, γ' ἄγε. GALL. *Or sus*, *or avant*, *courage*. ITAL. *Horsu*, *Horvia*, GERM. *Wolan*. HISP. *En animo*. ANGL. *Go to*, *courage*. Quint. Agedum, si videtur, extra portas prospicite. Cic. pro Sylla, Agedum conferte nunc cum illis vitam P. Syllæ. Dicimus & Agitedum, sed in plurali semper. Liv. lib. 1. Agitedum, ite mecum. Age ut lubet. Plaut. Men. sc. 5. a. 5. Agite, abite, fugite. Idem ibid. sc. 7. a. 5. Agite, Amovemini hinc vos. Idem Pseud. sc. 5. a. 1. Nunc agite, utæque quod rogabo dicit. Idem Men. sc. ult. a. 5. Age nunc iam quando lubet. S. Quid agam? Peri. Idem Mil. sc. 4. a. 2. Age, age mansero. Idem Afin. sc. 2. a. 2. Age sanè quando æquum oras. Idem Men. sc. 1. a. 1. Agedum expedi. Idem Amph. sc. 1. a. 5. Agedum excute. Idem Aul. sc. 3. a. 4. Agedum aspice. Idem Capt. sc. 4. a. 3. Agesis roga. Idem Capt. sc. 2. a. 1. Age, interdum non est hortantis, ut apud eundem Afin. prol. Age, nunc reside, &c. Interdum est uripientis. Terent. in Adolph. Age, scis quid loquar? Pecuniam in loco negligere maximum interdum est lucrum. Interdum pro Dic. Idem in Adolph. Age novi tuum animum, quasi iam usquam tibi sint viginti minæ. Ubi Donatus, Age, nunc verbum est significans Dic, quia iam propè est, ut consentiat persuadenti. Interdum consentientis, Terent. in Adolph. Age ages, traducatur Bacchis. Interdum excitandi, & plerunque post Nunc, apud Poëtæ ponitur. Virg. Georg. 4.

Nunc age, naturas apibus quas Iupiter ipse Addidit, expediam.

Agèa, vel Ageia, Via in navi, dicta quòd in ea maximæ quæque res agi soleant, ἄγεία, Ennius.

Multa foro ponens ageæque longa repletur. Usitarius Foros vocamus. Vide Fest. & Scaligerum in Agea.

Agea, orum, victimæ, quæ pro rebus agendis offerebantur.

Agedecum, ἀγείκη, Ptolemæo, Gallorum Senonum oppidum est, quod idem esse existimatur cum eo, quod Galli sua lingua Sens vocant. Scribitur apud quosdam Agenticum. Vide Vigonereum in Casarem.

Agedum, ἀγείκη. Vide Dum.

Agelada, iuvenca. Lex. gr. b.

Agelades, ἀγελάδης, nomen insignis statuarii, & magistri Polycleti: cuius meminit Plin. lib. 34. cap. 8.

Agelæus panis, ἀγελᾶϊός, ἀγέλιος dicitur à Græcis, qui à nostris Cibarius dicitur, ex farina parum bene cribrata constans. Vide Cæl. lib. 9. c. 16. & Ruell. lib. 2. cap. 14.

Agelastus, ἄγελᾶστος, ἄγελᾶστος, GALL. *Qui ne rit jamais*. ITAL. *Mesto*, *che mai non ride*. GERM. *Travrig*, *der nie lacht*. HISP. *Que ne rie à burla en ningun tiempo*. ANGL. *which never*, *laugheth heavie hearted*. Latine mœstus, & sine risu. Quo nomine dictus est Crassus, avus Crassi à Parthis interempti, quem tradunt semel tantum in vita sua risisse: quod factum est, quum vidiſſet asinum carduos comedentem, dixissetque, Ob id similem habent labra lacucam. Factum hoc dictumque festivissimum risus subsecutus est. Cic. 5. de Finib.

Agellarius, rusticus dux gregis. Lex. g. b.

Agellus, vide Ager.

Agemà, atos, agmen. ἄγμᾰ ἀγάμᾰ, ἄγμᾰ. GALL. *Certaine legion de gens de guerre*. ITAL. *Squadra*. GERM. Ein hauff, oder rott. HISP. *Muchedumbre*, *de compañía de gente*. ANGL. *An companie of men of warre*. Arianus scribit alam equitum fuisse, quæ dicebatur ἄγμᾰ; quanquam & de pedibus dici agema, idem testatur Arianus. Liv. 5. decad. Delecta inde, & viribus & robore ætatis ex omni cætratorum numero duo erant agemata: hanc ipsi Legionem vocabant.

Agênör, ἀγένωρ, Nomen regis Phœnicum, & Beli filii. Hic genuit Taygetam & Europam filias; filios verò Cilicem, Cadmum & Phœnicem. GERM. Ein König der Phœniz, ein vatter Cadmi und Eus topä. Virg. 1. Æneid.

Punica regna vides, Tyrios, & Agenoris urbem. Hoc etiam nomine dictus fuit filius Antenoris Troiani.

Agër, ἄγερ, ἄγερ, ἄγερ, GALL. *Vn champ*. ITAL. *Campo*. GERM. Ein arder, ein feld. HISP. *Campo que se labra*. ANGL. *A feilde*. ab Ago, is, quòd in eo aliquid agatur, vel (ut Donatus inquit) quòd in eo multa sint agenda. Quint. autem lib. 1. scribit, Græcum esse: nam ἀγερò Latine rus dici potest: significatque Ager quandoque circumfectum territorium alicuius urbis, seu Provinciæ, ἄγερ. Salust. in Catil. Reiquos Catilina per montes asperos in agrum Pistoriensē abducit. Unde dicimus, Ager Campanus, Ager Brixianus. Et includit in se nemora, saltus, pascua, lacus, flumina, & omnia quæ in territorio illo sunt, & in ea significatione vix unquam reperitur pluraliter. Quandoque significat partem quandam ipsius territorii urbis, quæ privatim ab aliquo possidetur, & esse videtur rus, in quo domus,

& omnia, quæ in agro sunt, generaliter continentur: id est, quæ pro captu ipsius partis esse possunt. Unde Terent. in *Eunuch.* Ex meo propinquo rure hoc capio commodi. Et sequitur: Neque agri, neque orbis odium me unquam percipit. Ubi satiætas cœpit fieri, commuto locum. Idem in *Heaur.* Agrum in his regionibus meliorem, neque pretii majoris nemo habet. Et paulo post, Talenta duodecim cœgi, agrum hunc mercatus sum: hic me exerceo. Ex his innuitur sub Agri nomine, & domum, & omnia alia quæ in agro continentur comprehendere, idemque esse Agrum, Rus & Possessionem. ¶ Notandum tamen quod nec rus, nec ager villa est, sed villa in rure, sive agro dicitur esse. Ex hoc significato dicitur parçemia, Nihil ex agro dicitur, & id est, id est, Nihil humile, neque triviale loqueris. Meminit Suidas. Cui similis illa Græcorum ἀγρολογία, quod Catullus dixit,

*Ruris plenus & inficitiarum.*

¶ Quandoque ager significat locum in rure quem colimus, sive arando, sive conferendo: & singularem, pluralẽque numerum habet. Plaut. *Aul. prol.* Agri reliquit ei non magnum modum. Idem *Amph.* Præbere uxorem usurariam, perinde est, ac si agrum sterilem fodendum loces. Idem *Mof. sc. i. a. t.* priusquam omnia perire, & ædes, & ager. Colum. *lib. 1. cap. 3.* Virgiliũ proverbialẽ sententiã explicans: Quippe, inquit, acutissimam gentem Pœnos dixisse, convenit imbecilliorẽ agrum, quã agricolam esse debere, quoniam quum sit colluctandum cum eo, si fundus prævaleat, allidi dominum. Nec dubium quin minus reddat laxus ager non recte cultus, quã angustus eximie. Conveniet in eos qui student imperio proferendo, quum hoc ipsum quod habent, non possint administrare. Aut qui suscipiunt munus, cui gerendo sunt impares. Et *lib. 4.* Pestilentem annum inopia frugum, neglecto cultu agrorum, ut plerumque fit, excepit. ¶ Ager colonus, Cic. *de leg. agrar.* Cognoscerent qui ager colonus esset, quo milites veterani deducti essent, qui, &c. Videtur eam agri partem significare, quæ proprie ad arandum accommodata est, & alio nomine Arvum dicitur.

Agellus, diminut. significat parvum agrum. { γέλιον, ἀγέλιον. GALL. *Petit champ, petit territoire & possession.* ITAL. *Capicello.* HISP. *Campo pequeño.* ANGL. *Little field.* ¶ Terentius in *Adelph.* Agelli est hic sub urbe paulum, quod locitas foris. Huic demus qui fruatur. ¶ Hinc fit aliud diminutivum Agellulus. Ambros. Qui fidei exercet militiam, ab omni usu negotiationis abstinere debet, agelluli sui contentus fructibus.

¶ Ageratus, lapis quo antiqui usi expoliendis coriis. Gell. ¶ Agerochus, filius fuit Neli ex Chloride uxore, ut est apud Hom. *lib. 11. Iliad.*

Agēsimba, Æthiopum regio in Africa. ¶ Agēsis, id est, age si vis. ¶ Agēstis, Apollinis filius, ut habet Iustinus, ex Cyrene virgine, in Peliõ monte Theſſaliæ rapta, frater Aristei. Hunc alii nunc Argeum vocant.

¶ Agēter, partes gutturis. Poll. ¶ Aggagula, Gloss. Iliori: Aggagula, lenocinator, pantomimus. ¶ Aggatha, stappa. Gloss. ¶ Aggens, pro angens: Aggilla, & Aggulus, pro anguilla, & angulus, dixerunt Varro *lib. 1. de L.L. Priscian. lib. 1.* ¶ Agger, lapidum, aut terræ moles quæ fixis vallis aggeritur. ¶ Est etiam Agger, strata, via publica. Gloss.

Aggero, ab ad, & gero. Gloss. Aggila, aguilõ. Lex. gr. b. Agginantes, explicantes. Isid. gl. Aggurium, aggurus, placenta genus. Lex. gr. b. Agiades, milites Asiatici. Idem. Agia, glandula. Isid. gl. Agigarton, uva sine granis, arte sic plantata. Onom. Med. Agilea, bos qui inter gregem agit. Idem. Agiatores, aurigæ, qui ludis Cincensibus se exercebant, & qui paruo lucro moventur. Fest. Agiopoliticon, topiarium quoddam. Lex. gr. b. Agioteria, ἀγιότητα. Festa seu sacra Carnia, quorum sacerdos ἀγιότης dicebatur. Cœl. *lib. 9. cap. 8. Rh.* Apipedes, senatores pedanei, seu pedarii. Marc. Don. Agita, auxilium. Lex. gr. b. Aglotta, lingua non valens loqui. Rh. Agneon, locus ubi pudicitia virginibus eripiebatur, per antiphrasim dictus apud Athen. Agnotus, agnitus. Pac. Agnytes, lapides, quos flammis inter texendum appendunt textores. Poll.

Agogæ, fossæ in metallis aurariis, per quas aqua aurum trahens ducitur. Plin. Agogiaticon, sarcina. Gloss. ¶ Agora, oppidum in Cherson. Steph.

Agrarius, a, um, quod ad agros pertinet. { ἀγροῦς. GALL. *Chose des champs.* ITAL. *Cosa appartenente à campi.* GERM. Das zu dem acker oder feld gehdrt. HISP. *Cosa perteneciente al campo.* ANGL. *Of the feeldes, belonging to the feeldes.* ¶ ut, Lex agraria, νόμος ἀγερονοῦς, ἢ ἀγερονοῦς, quæ ferebatur de agris populo dividendis. Livius *lib. 2.* Tum primum lex agraria promulgata est.

Agrarius, iiii, substantivum, Legis agrariæ suffragator, aut qui agros publicè divisos possidet. Cic. *1. 5. Phil.* Num rursus reprobos decuriabit: num sollicitabit rursus agrarios?

Agrarium, veftigal agro impositum. Marculf. *Monach. lib. 2. Form. c. 36.* ¶ Sed apud Græcos est genus navigii, ¶ in quod ingrediebatur solium Arungarius vigiliæ, Drungarius rei navalis, Logotheta cursus, Heteriarcha mysticus, supplicum libellorum magister, domesticus scholarum, Accubitor, Vestiarium, & è Cubiculariis quos Imperator iussisset Cerd. ¶

Agrestis, dicitur quod rusticum est, & ad agros pertinet, quodque in agris, non in hortis nascitur. { ἀγροῦς. GALL. *Agreste, rural, rustique,*

*champestre.* ITAL. *Villeſco.* GERM. *Bewirſch/woiſd.* HISP. *Cosa del campo.* ANGL. *Rustical, roich perteneth to the feeldes.* ¶ Virg. ——— *Cererem pubes agrestis adoret.*

Idem, *Dicendum & qua sint duris agrestibus arma.* Agrestes Deæ, Orædes. Gell. *cap. 9. lib. 9.* ¶ Item Agrestis dicitur, qui sylvestrem vitam agit, & feram: quem & Græci ἀγροῦς dicunt. Unde in compositione Onager dicitur esse asinus ferus. ¶ Agrestis, substantivum, pro homine rustico. Virg. *lib. 9. Æneid.* *Lydorũque manum, collectos amat agrestes.*

Agriçolã, ex Ager, & colo. Cultor agri. { אגרי אגרי, אגרי אגרי. GALL. *Laboureur, rustique, villageois.* ITAL. *Lavoratore della terra.* GERM. *Ein ackerman/oder barmann.* HISP. *Labrador del campo.* ANGL. *A husband man.* ¶ Virg. *1. Georg.*

O fortunatos nimium, bona si sua norint, *Agricolas.* Cic. *1. Tusc.* Arborea feret diligens agricola. Est autem nomen generale, nam agricolarum alii Acatores, alii Vinitores, nonnulli Arboratores, multi etiam Pastores, quales erant ferè apud antiquissimos. Nec solum rustici, & agrestes dicuntur Agricola, sed multi etiam oppidani: quod genus vitæ olim in maximo pretio fuit, atque honore, præsertim apud Romanos. Cato *de re rust. cap. 1.* Bonus agricola, bonusque colonus. Ita laudabant antiqui virum bonum. ¶ Proverbialiter dicitur, Semper agricola in novum annum dives. ἀεὶς γεωργὸς εὖ, ἴσως τοῦ ἀέριος, de iis dicitur, qui spe futuri compendii divites sunt, ac sibi met expectatione rerum ampliarum blandiuntur.

Agriçolãtõ, onis, idem quod agricultura. { אגרי אגרי אגרי אגרי. GALL. *Labourage.* ITAL. *Lavoramento di campi.* GERM. *Ackerbaw/arbeit des felds.* HISP. *La labranza.* ANGL. *Labouring of the land.* ¶ Col. *lib. 1. cap. 9.* Minus in hoc officio quàm in cæteris agricolatio frugalitatem requirit. Ita sæpius in aliis locis.

Agriçultõr, idem quod Agricola. Livius *6. bell. Pun.* Servos agricultores remp. abduxisse. Sic *D. lib. 22. tit. 3. l. 25.* Paulus: Miles, & agricultor, &c. Curt. *lib. 8. c. 12.* Quarenti Alexandro plures agricultores haberet, an milites.

Agriçultũrã, a, cultus agrorum. { אגרי אגרי אגרי אגרי. GALL. *Labourage, labour de terre.* ITAL. *Lavoramento di coltivamento di campi.* GERM. *Ackerbaw/haurenwært.* HISP. *La labranza.* ¶ Cic. *1. Offic.* Nihil est agriculturã melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius.

¶ Agrimelissa, apis sylvestris. Agiomela, ἀγιόμειλα, mala sylvestria. Dioscor. Agriomorphus, qui agresti est aspectu. ¶ Agripeta, ἀγριπέτα. Qui petunt ex agrorum divisione portionem, quæ vitium dabatur. Cic. *ad Attic.* Servulos autem dicere eum, & agripetas eiectos à Brutotiis.

Agrosus, Varro *lib. 4. de Ling. Latina,* agrosus hominem dixit, pro agris abundante, & locuplete, ut arbitror, quemadmodum dicitur pecuniosus. Si ab agro, inquit, ad agrosus hominem venero, & agricolam, non aberraro.

Ageraton, ἀγροῦς, herba est ad duorum palmorum altitudinem excreſcens, similis Origano, florem bullis aureis non absimilem: ita dicta, quod non facile marcescat. Vide Plin. *lib. 24. cap. 4.* De Agerato tamen inter authores non satis convenit.

Ageratus, ἀγροῦς, lapis est quo coriarii olim utebantur in poliendis coriis: cuius loco hodie utuntur massa vitri. Meminit huius lapidis Gal. *lib. 9. simpl.*

Agerochus, filius fuit Nelei, ex Chloride uxore, ut est apud Homerum *lib. 11. Iliad.*

Agerona, Dea cuiusdam nomen erat apud Romanos ab agendo dicta, quod industria præfidere putabatur. Sicut contra, Murcea socordia Dea credebatur.

Agelander, ἀγροῦς, insignis statuarius fuit ex Rhodo insula, qui unã cum Polydoro & Athenodoro, Laocoonem marmoreum fecit in domo Titi Vespasiani Imperatoris, omnium artificum opera longo intervallo superantem. Vide Plin. *lib. 36. cap. 5.*

Ageſias, ἀγροῦς, Cyrenicus philosophus, cui à Ptolemæo Philosophiæ professioe fuit interdictum, quod animæ immortalitatem docens multos ad spontaneam mortem compelleret, ut Cleombroto Ambraciota accidit. Cic. *in Tusc. lib. 1.* Hic ab aliis Hegesius appellatur.

Agelidamos, ἀγροῦς, Locrensis Epizephyrius nobilis Olympionices, in quem pugilatu vincentem Pindarus hymnum cecinit.

Agelilaus, ἀγροῦς, Lacedæmonius, Archidami filius, qui post mortem Agidis fratris sui Rex constitutus, Tissaphernum in Asia, qui principatum tenebat inter Persas, vicit, & Athenienses & Bœotios apud Coroneam urbem Peloponnesi. Brevi statura corporis, & altero pede claudus fuit, sed rara virtute præditus. Vitam eius vide apud Plutarch.

Agelinales, Gallia populi sunt, Pictonibus vicini. Plin. *lib. 4. cap. 19.*

Agelipolis, ἀγροῦς, Lacedæmoniorum dux, qui speciosam sæpius Victoriã ab Argivis retulit. Vide Xenophontem *rerum Græcarum lib. 4.*

Agēsis, adverbium excitandi: compositum ex particula Sis, pro si vis, quæ verbis imperativi modi apud veteres addebatur, ἀγε δὴ, ἀγε δὴν. Lucretius *lib. 1.*

*Nunc ageſis, quoniam docui nil posse creari De nihilo.*

Aggaudeo verbum, quod impensè gaudere explicabis. Vsurpat idem Venerabilis Petrus *epist. 16.*

Aggemo, is, vide *Aggemo.* Ovid. *Eleg. 3. lib. 1. Trist.*

*Aggemis & nostris ipsa carina malis.*

Agger, is, masculini generis, significat proprie lapidum, aut terræ coactionem quæ fixis vallis aggeritur, castrorum, alteriusve loci muniti gratiã. Ovid. *Eleg. 8. lib. 3. Trist.*

*Dum solvitur aggere funis.*

שוללה *solelah*. גאג. GALL. *Amas ou monceau* & *tas de quel- que chose*. ITAL. *Agrine*. GERM. Ein schütte oder wall; ein zusamen hauffung des erdrichs; ein damm. HISP. *Monton de tierra* & *baluar- te*. ANGL. *A heap of stones or turfs*. Solebant enim Romani mi- lites vallos, hoc est, palos secum circumferre quoties castra mutabant, eosque quoties considerant, humi desigere; terramque illis aggerere, ut tuti essent ab hostium irruptionibus. Improperie dicitur cujuslibet rei coacervatio, qua fossæ, aut valles impleri possunt. ¶ Quin & muros & munimenta aggerem dici voluit Servius in illud Virg. 10. *Aeneid*.

*Quin intra portas atque ipsis pralia miscet Aggeribus murorum.*

¶ Dicitur etiam Agger media viæ eminentia, ex aggeratis lapidi- bus strata. Idem,

*Qualis sape via deprehensus in aggere serpens.*

¶ Agger item dicebatur cumulus ex terra aliave materia congestus ad oppidi, vel arcis cujuspiam oppugnationem. Cic. *Attic. lib. 2.* Oppidum cinximus vallo & fossa, aggere maximo. Item 5. *Philipp.* Græciam per translationem vocat Aggerem oppugnandæ Italiæ, quod ea aprissima esset, ex qua, tanquam ex loco superiore; bellum Italiæ posset inferri. Græcia, inquit, vel receptaculum est pulso Anto- nio, vel agger oppugnandæ Italiæ. ¶ Agger etiam dicitur ipsa mate- ria ex qua fiebat ipse agger. Fiebat autem ex trabibus, frondibus, cespitibus, Cæsar *cit. 2. c. 3.* Quod unde agger comportari posset ni- hil erat reliquum, omnibus arboribus in finibus Massiliensium exci- sis. Idem Gell. 2. *cap. 6.* Lapidibus telisque subministrandis, & ad ag- gerem cespitibus comportandis. Idem Cæsar *lib. 1. de bell. civ. Lou- gius* petendus erat agger, (i. terra, aut similis materia.) Item Quint. Per fora & aggerem, circuli (auditorum.)

AGGERO, as, Accumulo, cumulum facio. { סלל salal, צבר tsabar. אגגרו, אגגרו, אגגרו. GALL. *Amonceler, accumuler*. ITAL. *Acu- mular*. GERM. *Zusammenhäuffen*. HISP. *Amononar una cosa sobre otra*. ANGL. *To heap, to mak a bulwark*. } Vnde Arbores aggerare, vel Aggerare circa arbores terram dicimus, quum post hyemem, æstate iam instante, terram circumfodimus, & veluti circummunimus, ne ca- lore nimio radices exarescant: pro quo etiam dicimus, Arbores ope- riri, vel adobruere. Colum. Omnes arbores fructiferæ circumfossæ ag- gerari debent. ¶ Interdum translata ponitur pro augere & aggravare. Virgil. 11. *Aeneid*.

*onerat dictis, atque aggerat iras.*

¶ Hinc fiunt composita Adaggero, & Exaggero, quorum significata vide suis locis.

AGGERO, is, si, stum, iuxta gero, Ad aliquid gero. { צבר tsabar, נשא nasá. ἀγέρω, ἀγέρω. GALL. *Amasser, apporter en un tas*. ITAL. *Portar a costo*. GERM. *Näben et was tragen/ herzu tragen*. HISP. *Aña- dir to traer una cosa a otra*. ANGL. *Teir to*. } Plin. *lib. 17. cap. 4.* Nec fluminibus aggesta semper laudabilis. Plaut. in *Rud.* Siquidem mihi ultrò his aggerenda etiam est aqua.

Aggeratim, ad fatim, magna copia. Ovid. *lib. 4. Metam.*

Aggestus, huius aggestus, ἄγῆστος, substantivum verbale. Tacitus *lib. 19.* Et locus ipse castrorum placebat, late prospectans, tuto copiarum ag- gestu, florentissimis pone tergum municipiis.

AGGLOMERO, implico, adjungo. { גלגל ghalal. ἀναμίχτω. GALL. *Mette- tre du fil en ploton, devider, & liceler*. ITAL. *Involtare, inghiamare*. GERM. *Herzusegen/ an ein fugel wicklen*. HISP. *Embolver una cosa a otra*. ANGL. *To gather, to yether to wind, threed in bottomes*. } à Glomero, quod à Glomus, seu Glomer deducitur. Virg. 2. *Aeneid*.

*Et lateri agglomerant nostro.*

Idem 12. *Aeneid*.

*densi cuneis se quisque coactis*

*Agglomerant.*

AGGLUTINO, ad aliquid glutino, copulo, adjungo. { הביב הביב. אגגלו. GALL. *Coller ensemble*. ITAL. *Congiungere*. GERM. *Anlein- men/ an einander tsleiben*. HISP. *Engrudar, d pegar una cosa a otra*. ANGL. *To glue, or souldour te gether*. Plaut. *Men. sc. 2. a. 2.* Se appli- cant, agglutinant meretrices hospitibus. Idem in *Aul. sc. 6. a. 2.* Ita mihi ad malum malæ res plurimæ se agglutinant. Cic. *Attic. lib. 16.* Itaque statim novum proximum exaravi, & tibi misi, tu illud dese- cabis, & hoc agglutinabis.

AGGRAVO, as, Onero, gravo, opprimo. { הכבד הכבד. אגגרו. GALL. *Aggraver, appesantir*. ITAL. *Aggravare*. GERM. *Beschwären*. HISP. *Aggraviar, d apegar*. ANGL. *To burden*. } Ovid. *Eleg. 4. lib. 3. Trist.*

*illa meos casus aggravat, illa levat.*

Ab hoc fit Aggravescio, quod est, Valde gravis fio. Liv. *bell. Punic. 2. lib. 8.* Nihil aliud ab suis relatum est, quam inopia aggravari socios. Plin. *lib. 12. cap. 17.* Odor aggravans capita, sed citra dolorem. ¶ Ag- gravata valetudo, apud Suetonium in *Augusto*, gravior facta: Aggra- vata valetudine tandem Nola succubuit.

AGGRAVESCO, is, ex Ad, & nomine gravis, factum verbum: Gravius fieri, aggravari. Terent. in *Hecyr.* Malè metuo ne Philumenæ magis mo- ribus aggravescat, id est, gravior fiat: quia morbi graves dicti, sic & aggravescens vulnus. Cic. 3. *Tusc.*

AGGREDIOR, Ad aliquem gradior, adeo, accedo: item adior, inva- do, peto, incipio. { בא בא, קרב karab. אגגרו. GALL. *Assaillir, aller vers quelqu'un, s'avancer sur luy*. ITAL. *Assalire in buona & in mala parte*. GERM. *Zu cinem gehn*. Item, *Cinere angreifen/ anfallen*. HISP. *Acometer, d arremeter*. ANGL. *To sect upon, to imadetto beginne*. } Cic. *pro Cecin.* Quid agat, quomo- do aggrediar, iudicem non habet. Plaut. *Mil. sc. 2. a. 2.* Aggrediar hominem (quasi pedem collaturus.) Idem *Afin. sc. 3. a. 3.* Quin ag- gredimur virum. *Ibid. sc. 1. a. 1.* Ita me obstinate aggressus (i. ad- jurare coepisti.) Idem in *Curc. sc. 1. a. 2.* Aggredior hominem, saluto, dolose scilicet. Sic Ovid. 13. *Metam.*

*Te tamen aggredior (dolo sup.) mecumque reducere nitar.*

Virg. 4. *Aeneid*.

*Talibus aggreditur Venere Saturnia dictis*

*Calepini Pars I.*

Cicer. *de nat. deor.* Antequam aggrediar ad ea, quæ à te disputata sunt. Idem *Offic. or. 2.* De quibus dicere aggrediar. Passivè. Cic. apud Priscian. *lib. 8.* Hoc restiterat etiam, ut à te fictis aggredirer donis. Iustinus, Quos ex improvviso aggressus facile fodit. Cic. 1. *Offic.* Omnibus autem in rebus prius quam aggrediare, adhibenda est præparatio diligens. ¶ Aliquando pro tentare. Salust. in *Iugurth.* Omnes asperitates supervadere, naturam etiam loci vincere aggre- ditur. Hæc autem verba, Aggredior, Adior, Alloquor, & similia, Ad, præpositione eis adjuncta cum accusativo solo elegantius ponuntur, quam si simplicia eorum accusativo, Ad præposita, jun- gantur, ut: Aggredior hominem, non, Gradior ad hominem. ¶ Rem ut quis, proverbiali specie, aggredi dicitur, quum rem arduam ac novam molitur, & aliis adhuc intentatam. Ex Homeri versu *Odyss. 2.*

aggresio, verbale, Actus ipse aggrediendi. { קרב קרב. אגגרו. GALL. *Abordement, assaut*. ITAL. *Assalto, assaltamento*. GERM. *Anfall/ angriff*. HISP. *Acometimiento*. ANGL. *Setting upon, invaling*. } Cic. in *Orat.* Quumque animos prima aggressionem occu- pavit, infirmabit, excludetque contraria.

AGGRESOR, is, grassator. Ulpianus *D. lib. 48. tit. 9. l. 7.* Ut latronibus, aggressoribusque darentur, qui patrem interficerent. Idem *D. lib. 26. tit. 5. l. 1.* Veluti si quis clamavit ut ad auxilium conveniretur, aut terruit aggressores.

AGGRESURA, æ, Ulpianus *D. lib. 29. tit. 5. l. 3.* Si cum omnes domini ag- gressuram patereant, uni servus opem tulit.

AGGREGO, as, congrego, quasi in unum locum gregem contraho. { אגגרו אספ. אגגרו. GALL. *Amasser en un troupeau, assembler*. ITAL. *Congregare*. GERM. *Zusamen samlen*. HISP. *Ayun- tar como ganados*. ANGL. *To gather, to gether*. Velleius: Quos in comites fortuna aggregaverat. Cic. in *Catil.* Quod si eodem cæte- ros undique collectos naufragos aggregaverit. ¶ Translatè pro ad- jungere, apud Cæsar. 6. *belli Gallici*, Qui se ad eorum amicitiam ag- gregaverint. ¶ Abgreco.

AGGRETUS, apud antiquos legitur pro Aggressus, ut apud Ennium, Ag- gretus fari, &c. Scribitur & Adgretus.

AGIA, glandula: scribendum *Angina*.

AGILIS, proprium viri, quem poëta cum Tirinthia pube in bello The- bano fuisse commemorant.

AGILIS, Levis, dexter: qui se facile agit, hoc est, qui levi & expedito est corpore: vel pronus, aut voluntarius ad agendum. { מהיר מהיר, קל קל, חושף חושף. אגגרו. GALL. *Agile, habile du corps, vif*. ITAL. *Destro, leggiere*. GERM. *Schnell/ hurtig/ gering*. HISP. *Ligero para hazer alguna cosa*. ANGL. *Nymble*. } Horat.

*Oderunt hilarem, tristes, tristèmq; iocosi, Sedatum celeres, agilem gnarumque remissi.*

Ovid. 2. *Fast.*

*Lassabant agiles aspera bella viros.*

Columella, Malo unius agilem industriam, quam decem hominum negligentem & tardam operam.

AGILITAS, Dexteritas, corporis celeritas. { מהיר מהיר, אגגרו. GALL. *Agilité, souplesse de corps*. ITAL. *Agilità, attitudine, destrezza*. GERM. *Behendigkeit/ geringe*. HISP. *Ligereza de hazer al- guna cosa*. ANGL. *Nymblines*. } Cic. *Attic. lib. 1.* Nam si ita esse sta- tueris, & irritabiles esse optimorum sæpe hominum, & eisdem placabi- les; & esse hanc agilitatem, ut ita dicam, mollitiemque naturæ. Hic est à corpore ad animum translatio. Columell. *lib. 1.* Eiusdem agili- tatis homo frugi melius quam nequam faciet.

AGILITER, agilius, agilimè, id est, cum agilitate. { מהיר מהיר, אגגרו. GALL. *Legement, vifement*. ITAL. *Agilmente, prontamente*. GERM. *Sertiglich/ behendig*. HISP. *Ligeramente*. ANGL. *Nym- blic*. } Colum. *lib. 2. cap. 2.* Dètque requiem in summa, ut spe cessandi totum spatium bos agilius enitatur.

AGINA, Est foramen cui inseritur scapus trutinæ, id est, in quo trutina agitatur, & vertitur, ab agendo dicta. Festus.

AGINATOR, qui paruo lucro movetur: nomen ab Agina tractum, quæ mi- nimo pondere huc, aut illuc impellitur. Festus.

AGINATORES, Aurigæ sunt, qui in ludis Circensibus curuli certamine se exercebant.

AGINANTES, explicantes. Aginatores dicuntur qui paruo lucro moventur. *Glossarium Camberonense MS.* Aginator, negotiator, dictus ab agina. Agina enim dicitur illud foramen in quo scapus trutinæ in- seritur, & in quo trutina se vertit. Inde aginator dicitur, qui paruo lucro movetur. Idem, *Aginare, explicare, agitare, fugare, dictum ab agina, quod est scapus trutinæ, qua ideo sic vocatur, quod eâ men- sura ponderis agatur*. Et quia, &c. mutuas sibi operas præstant, hinc in Glossis Isidori: *Acinari, tricari, in paruo morari*.

AGINOR, vilia negotior.

AGINUM, urbs Galliæ Ptolomæo. Vulgò *Angolesmo*.

AGIS, ἄγης. Lacedæmoniorum rex, qui cum Atheniensibus cruentissima bella gessit: à suis tandem civibus in carcere necatus, quod Licurgi leges reducere, & bona publicare vellet. Plut. in *vita eius*. Et Cic. *Offic. 2.*

AGITATIO, Agitator, Agito. Vide *Ago*.

AGITE, Agitedum, Plaut. *Mofel. sc. 1. a. 1.* Agite porro, pergite. Vide *Ago* infra, & *Age* supra.

AGLA, ἄγλη. Hispaniæ oppidum in tractu Bœtico, apud Plin. *lib. 3. cap. 1.*

AGLAIA, ἀγλαία, una est ex Gratiis, seu Charitibus, Latine interpretatur *Latitia*.

AGLAIS, idis, ἀγλαίς, Megaclis filia, mira gulositate & voracitate mit- tier, utpote quæ carniū libras decem, panis chænicæ quatuor, & vini choan, hoc est, Romanum congiū, sive sextarios sex, unica cœna absumeret. Cæsar. *Rhod. lib. 15. cap. 19.*

AGLAONICE, ἀγλαονίκη, Hegemonis filia fuit, astrologiæ perita, quæ quod eclipses Lunæ prædicere posset, iactabat se Lunam de cælo de- trahere: propter quam insolentiam punita, locum fecit proverbio, *ἢ τὸ σὴν ἢ τὸ καὶ τὸ αὐτὸ*, quousitumur, quoties aliquis sua iactantia in- calamitatem incidit.

Aglaope, ἀγλαόπη, una Sirenum, quasi splendida aspectu. Nam ἀγλαόψ  
 apud Græcos, nobis sonat aspectu splendidum.  
 Aglaophon, ἀγλαοφών, pictor nobilissimus. Plin. lib. 35. cap. 9. & Cic. 3.  
 de Orat. Floruit nonagesima Olympiade.  
 Aglaophōtis, ἀγλαοφώτις, herba est jucundissimi coloris, qua magi  
 utuntur ad evocandos demones. Nascitur in marmoribus Arabia,  
 unde & Marmoritidem quidam appellant. Plin. lib. 24. c. 17.  
 Aglāpsis, nomen legionis. Liv. 5. dec. ad. lib. 4. Intervallum, quod inter  
 cetratos, & phalanges erat, implevit. Legio, atque aciem hostium in-  
 terrupit. A tergo cetratis erat, frontem adversus clypeatos habebat.  
 Aglāpsides appellabatur.  
 Aglāutōs, ἀγλαυτός, Cecropis regis Atheniensium filia, quæ quum  
 Mercurio Hersen sororem suam adamanti, accepta pecunia operam  
 suam esset pollicita, posteaque invidiā correpta, limen ingredienti  
 pertinaciter obstaret, in saxum conversa est. Vide latius hanc fabulam  
 apud Ovid. 2. Metamorph.  
 Aglaus, ἀγλαός, senex fuit Plophidius, qui ab Apolline Gyge felicior  
 est iudicatus, quod agelli sui limites nunquam esset egressus. Plin.  
 lib. 7. cap. 46. Valer. 7. cap. 1.  
 Aglidia, orum, ἀγλίδια, dicuntur segmenta illa in capitibus allii, quæ alio  
 nomine Agliches dicuntur. Ruell. lib. 1. cap. 2.  
 || Aglis ἀγλίσ, ἰθὺς, allii caput, nucleus, spica. ||  
 Aglyphos, ἀγλυφός, Latine non sculptus: nam α sine, γλύφω, sculpo.  
 Agmen, multitudo, ἄγμῃ ἀγάφῃ, ἄγμῃ μαχῆνῃ. ἄγμῃ, λόγῃ,  
 τάγμῃ. GALL. Une compagnie de gendarmes, bande. ITAL. Multi-  
 tudine, scadra, ordinanza. GERM. Ein schar volcks/ ein zueg. HISP.   
 Muche dumire ò compania de gente. ANGL. A companie effolkes. }  
 Senec. Epist. 60. Quadrato agmine ire. Velleius, In agminibus, vel acie  
 directa pugnare. Tibull. lib. 4.  
 Seu sit opus quadratum, acies consistat in agmen.  
 Ovid. 13. Metamorph.  
 — Agmina ferro Devastata meo.  
 Senec. c. 2. de Consol. ad Marc. Tibull. lib. 4.  
 Cuique pecus denso pascebant agmine colles.  
 Virg. 7. Æneid.  
 — Vocat agmina sava sororum.  
 Interdum ordinatam multitudinem, & aciem exercitumque signifi-  
 cat. Idem 8. Æneid.  
 — it clamor, & agmine facta, (sive grege facta)  
 Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.  
 Cic. 2. Tuscul. Cum æstu magno agmen ducebat, laborabat Marius.  
 Liv. lib. 4. d. 4. Cogere agmen. Interdum impetum, ut apud Virgil.  
 — & ieni fuit agmine Tybris.  
 Et 2. Æneid.  
 — illi agmine certo  
 Laocoonta petunt.  
 Liv. lib. 34. Uno agmine omnes mulieres obsedere ianuas.  
 Agminalis, is, e, adject. ἀγμῖνῶν. Unde Agminales equi, qui agmē exer-  
 citus sequuntur ad convehenda impedimenta. Bud. in Annot. post.  
 Agnā, æ, vide Agnus.  
 Agnāscōr, eris, sci, compositum ex Ad & nascor, Ad alia quæ nata  
 sunt nascor, iuxta alia nascor. { ἄγνῃ νόσῳ. ἀγνοῦσα. GALL. Naître  
 auprès. ITAL. Nascere. GERM. Herzu geboren werden. HISP. Nacer.  
 ANGL. To be borne nigh by. } Itaque filius patri nasci dicitur, quum  
 ad patrem cogitatio refertur: agnasci verò, quum ad agnatos, ut fra-  
 tres & patruos. Cic. 1. de Orat. Num quis eo testamento, quod pater-  
 familias ante fecit, quam ei filius natus est, hæreditatem petit? ne-  
 mo, quia constat agnascendo rumpi testamentum. Ex quibus Cicero-  
 nis verbis apparet, Agnasci eos propriè dici qui nascuntur alicui  
 postquam testamentum fecerit. Paulus in l. qui in adoptionem, de  
 adopt. lib. 1. Pand. Qui in adoptionem datur, iis quibus agnascitur,  
 & cognatus fit. Quibus agnascitur, id est, in quorum familiam venit  
 per adoptionem. Agnasci præterea dicuntur, quæ in re aliqua nas-  
 cuntur, ad eius perfectionem minimè necessaria, nihilque utilitatis  
 habentia, ut sextus in manu digitus, & fungi in arboribus, παρ-  
 φύσῳ. Vide Adnascor.  
 Agnatio, verbale, id est, agnatorum consanguinitas. { ἄγνῃ modhath.  
 ἀγνοῦσα. GALL. Lignage ou parentage du costé du pere.  
 ITAL. Parentela. GERM. Die freundschaft von dem vatter hâr. HISP.   
 Parentesco de parte del padre. ANGL. Lignage. } Cic. 2. de Leg. Ex  
 quo verè vel agnatio nobis cum cælestibus, vel genus, vel stirps ap-  
 pellari potest. Et paulo post, In civitatibus ratione quadam agnatio-  
 nibus familiarum distinguuntur status.  
 Agnatī, ἄγνῃ modhath. ἀγνοῦσα, ὁ ἀγνοῦσῶν ἀγνοῦσι. GALL. Parens  
 du costé du pere. ITAL. Parenti da lato di padre. GERM. Geseundte  
 von dem vatter hâr. HISP. Parientes de parte del padre. ANGL.   
 Frinds on the fatheris syde. } Dicuntur, qui per virilis sexus per-  
 sonas cognatione conjuncti sunt, quasi à patre congeniti (inquit Ca-  
 ius Iurisc.) veluti frater eodem patre natus, filius fratris, neposve ex  
 eo. Inter Agnatos & Cognatos ἀγνοῦσῶν, hoc interest, quod in co-  
 gnatis continentur agnati, in agnatis non utique cognati: utputa,  
 frater patris, id est, patruus, est agnatus, & cognatus: matris verò  
 frater, id est, avunculus, cognatus est, sed non agnatus. Ad agnatos  
 & gentiles deducendus, proverbii loco veteres usurparunt, quum  
 futere aliquem & mente captum esse significare volebant, quod ex le-  
 ge xii. tab. ortum est, qua furiosi, & mente capti in agnatorum gen-  
 tiliūque potestate esse iubebantur. Varr. de re rustic. lib. 1. cap. ...  
 Qui salubrem locum negligit, mente captus est: atque ad agnatos  
 & gentiles deducendus. Cic. 2. de invent. Si furiosus existet, agnato-  
 rum, gentiliūque in eo, pecuniæque eius potestas esto. Iustinian.  
 lib. 1. Instit. de Curat. Agnatum dicimus quicquid ultra debitum  
 natum est: hoc est, quicquid inutiliter in re aliqua gignitur, ad eius  
 perfectionem minimè requisitum. Unde agnascencia, & agnata mem-  
 bra appellantur, παρὰ φύσιν, ἢ παρὰ φύσιν. Plin. c. 52. lib. 10. Mem-  
 bra animalibus agnata, inutilia sunt, sicut sextus hominis semper di-  
 gitus. Gell. cap. 14. lib. 7. Agnata vitia virtutibus, id est, proxima &  
 mala bonis. Idem cap. 1. lib. 6.

agnellus, Agninus, vide Agnus,  
 Agnicornu, Promontorium est ad Bolbiticum Nili ostium. Strab. lib. 17.  
 Agnicis, fluvius in Tigrim influens. Plin. lib. 6. cap. 27.  
 Agnitas, æ, vel Agnita, æ, ἄγνῃς. Æsculapii cognomentum apud Spar-  
 tanos, apud quos eius dei simulachrum ex agno, quæ planta est, erat  
 exsculptum. Cælius lect. antiq. lib. 18. cap. 5.  
 Agno, ἄγνοω, fons Arcadiæ esse traditur, cuius aqua cæremoniis quibus-  
 dam commota, nebulae in morem in aërem ascendens, largissimos de-  
 mittit imbres: ita dictus ab Agno, una ex Iovis nutricibus. Cælius  
 Rhod. lect. antiq. lib. 13. cap. 17.  
 Agnōmēn, dicitur quod est extrinsecus aliqua ratione, vel casu quæsi-  
 tum: ut Africanus, Asiaticus, Achaicus, & similia. { ἄγνῃς ἰθὺς  
 chinnūi. ἰθὺς. GALL. Surnom d'une famille. ITAL. Cognome  
 d'una famiglia. } AERM. Sunam/der nam vom geschlecht. HISP. El  
 renombre. ANGL. Gurname gottin by an æt. } Cic. de invent. 1.  
 Nomen quum dicimus, cognomen quoque intelligatur oportet. Vide  
 Nomen infra.  
 Agnōmētum, (ut cognomentum,) agnomen, ἰθὺς. Apuleius in  
 Apologia, Igitur agnomena ei duo indita, Charon, ut jam dixi, ob  
 oris & animi dicitatem: Sed alterum quod libentiùs audit, ob deo-  
 rum contemptum. Mezentius.  
 Agnomones, equi dicuntur, veluti ex quorum dentibus ætas ampliùs di-  
 gnosci non potest. ἀγνώμῳ. Vide Cæl. Rhod. antiq. lect. lib. 12. c. 9.  
 Agnon, nomen auctoris, apud Quint. lib. 2. cap. 17.  
 Agnōscō, ex Ad, & nosco, euphoniae causa d, mutata in g, Recogno-  
 sco, & eius notitiam cognitionemque in memoriam revoco. Pro-  
 priè est id, quod nobis olim aut visum fuit, aut alia quavis ratione  
 cognitum. { ἄγνῃς ἰθὺς hiehir, ἰθὺς iudhab. ἰθὺς ἰθὺς. GALL. Re-  
 connoistre. ITAL. Conoscere, riconoscere. GERM. Bider erkennen.  
 HISP. Reconocer lo ante conecido. ANGL. To acknowledge. } Var-  
 ro, Vereor ne me quoque dum revertero, præter canem agnoscat ne-  
 mo. Virg. 5. Æneid.  
 Agnosce quoque suos, latòsque ad mania ducit.  
 Atque hac potissimum ratione differt à verbo Cognosco, quod pro-  
 priè dicitur de rebus antea nunquam cognitis. Idem 4. Ecl.  
 Incipe parve puer visu cognoscere matrem.  
 Interdum idem est quod admittere, recipere, approbare, ἀγνοῦσῳ.  
 Cic. pro Milone, Quum tota Italia facti illius gloriam libenter agno-  
 sceret. Suet. in Tiber. cap. 23. Agnoscere signa (de testamento.)  
 Idem Aug. cap. 65. Agnosci infantem vetuit. Aliquando ponitur  
 pro confiteri. Cic. pro Rab. Ego si mihi esset integrum, susciperem  
 hoc crimen, agnoscerem, confiterer. Agnoscere onus tributū, i. in  
 se suscipere. D. de pactis, l. 42. Inter debitorem & creditorem con-  
 venerat, ut creditor onus tributū prædii pignoratū non agnosceret,  
 sed eius solvendi necessitas debitorem spectaret.  
 Agnotus, pro agnitus. Pacuv. Oreste, & Priscian. lib. 10.  
 Agnitus, a, um, particip. Valer. Flac. lib. 4.  
 — salve ò mihi longum  
 Expectata manus, nostrisque, ait, agnita votis.  
 Agnitio, verbale, Actus ipse agnoscendi. { ἄγνῃς ἰθὺς hiehir. ἰθὺς ἰθὺς.  
 GALL. Reconnaissance. ITAL. Riconoscenza. GERM. Erkantnuß. HISP.   
 Reconocimiento. ANGL. Acknowledging. } Cic. de nat. deor. Quæstio  
 de natura deorum ad cognitionem animi pulcherrima est. Plin. lib.  
 10. cap. 70. Pisces sui cadaveris agnitionem fugientes.  
 Agnūs, Fœtus est ovis, qui annum nondum egressus est. { ἄγνῃς ἰθὺς  
 ἄγνῃς. GALL. Agneau. ITAL. Agno, agnello. GERM. Ein lamb. HISP.   
 Cordero, ò borrego dentro del año. ANGL. A lamb. } Cic. de Senect.  
 Villa abundet porco, hædo, agno. Plaut. Pœnul. Lupo agnum eripere  
 postulant, nugas agunt. Ubi species quædam est proverbii, quum quis  
 frustra conatur prædam recipere, cui semel manus iniecit rapax ali-  
 quis. Obijcere canibus agnos, proverbialiter dicuntur, qui imbel-  
 lem & litium imperitium calumniatoribus & exercitatus exponunt.  
 Refertur à Diogeniano. Nomen habere putatur ἀγνοῦσῳ, hoc est,  
 à puritate, sive castitate: unde & nonnullis Hagnus, per aspiratio-  
 nem scribendum videtur. Est etiam Agnus, ἄγνῃς, Dioscoridi  
 frutex arborefcens, quem Latini à vincendi usu Viticem appel-  
 lant. Dictus Agnus, quasi ἄγνῃς, id est, castus, quod mulieres in  
 Thesmophoriis, hoc est, Cereris sacris, pudicitia conservandæ cau-  
 sa hunc sibi fruticem substernerent. Alii Agnum per syncopen di-  
 ctum putant, quasi ἄγνῃς, quod calore & siccitate sua genituram dis-  
 sipare putetur. Vide de hoc nonnulla in dictione Vitex. Martial.  
 Epig. 51. lib. 10. Agnus pro Ariete. Gell. c. 3. lib. 4. Agnum fœ-  
 minam Iunoni cædido. Plaut. Aul. sc. 2. a. 2. Agnum horum uter est  
 pinguior, cum sume, pro Agnorum: ubi Agni nuptiis celebrandis  
 adhibentur. Idem Capt. sc. 1. a. 2. Qui locant cædendos agnos, du-  
 plam agniam danunt. Idem Aul. sc. 5. a. 2. Pisces indicant caros,  
 agniam caram, caram bubulam. Idem Pseud. sc. 3. a. 1. Agnini me  
 extis placari volo.  
 Agnellus, diminut. { ἄγνῃς ἰθὺς, ἰθὺς ἰθὺς. GALL. Agnelet. ITAL.   
 Agnello. GERM. Ein lambtin. HISP. Pequeño cordero. ANGL. A lit-  
 le lamb. } Plaut. A sin. sc. 3. a. 3. Agnellum, hædillum me tuum dic  
 esse.  
 Agninus, quod ex agno est, aut ad agnum pertinet. { ἄγνῃς ἰθὺς. GALL.   
 D'agneau. ITAL. Cosa di agnello. HISP. Cosa de cordero ò borrego.  
 ANGL. Any thing portening to à lamb. } Plaut. in Pseud. Pol,  
 qua opera credam tibi, una opera alligem fugitivum canem agni-  
 nis lactibus. Proverbium est. Nam qui canem alligat intestinis agni-  
 nis, non modò canem amittit, verum & prædam ultrò dederit fugi-  
 tivo. Sic credit homini malæ fidei, & rem perdit, & frustra habet  
 obligatum eum, qui non est solvendo. Lactes enim dicuntur intestina  
 molliora.  
 Agnā, æ, mensuræ genus in agrorum dimensione. Col. lib. 5. cap. 16.  
 Actus quadratus undique finitur pedibus cxx. hoc duplicatum faci-  
 cit Iugerum, & ab eo quod erat junctum, nomen Iugeri usurpavit:  
 sed hunc actum provinciæ Bæticæ rustici Agnam vocant. Item  
 Agna, fœmineus ovis fœtus: ut Lactens agna. Ovid. lib. 4. Meta-  
 morph. Itcua Eleg. 11. lib. 3. Trist.

Montanis ut parvet agna lupis.  
 AGO, is, egi, actum. ἄγω ἄγασθαι, ἄγω ἄγασθαι. GALL. Faire, agir. ITAL. Fare, operare, trattare. GERM. Thun, handeln, werken. HISP. Hacer lo que no queda. ANGL. To work todo. Multa significat: nam Agere est gerere, ἄγειν. Plaut. in Amph. Dum hæc aguntur. Cic. lib. 1. epist. Hic quæ aguntur, quæque acta sunt, ea te literis multorum cognoscere arbitror. ¶ Item pro facere. Plaut. Mil. sc. 2. a. 2. Si ambas videre volet, quid agimus? pro agemus, i. faciemus. Idem Pseud. sc. 4. a. 4. ¶ sc. 7. a. 4. Quid nunc fiet? quid agimus? Et in Aul. sc. 2. a. 1. Rogitant me ut valeam, quid agam? Et in Most. sc. 1. a. 2. Me rogitas quid agas? Accubas. Idem Aul. sc. 6. a. 4. Quid agam? abeam, an maneam? Idem Capt. sc. 1. a. 4. Hanc rem age, & sexcenta similia apud Plaut. Quid agitur Euclio? & alibi. Quid agitur Callidore? Amatur atque egerur. Idem Pseud. sc. 3. a. 1. Quid agitur? statur in hunc modum, Et sc. 5. a. 1. Dum hæc aguntur, voce maxima exclamat uxorem suam, &c. ¶ Quandoque inducere, seu impellere. Lactant. lib. 19. Tres sunt affectus, qui homines in omnia facinora præcipites agant, ira, cupiditas, libido. Quæ intemperie nostram agunt familiam? Plaut. Amph. Agere præcipitem. Vide Præcept. Agere aliquem in lachrymas. Senec. cap. 14. de Cons. ad Helu. Unde agis te? Unde homo ebrius. Plaut. sc. 4. a. 1. Quod agis te? domum. In Amph. sc. 1. a. 1. Item Ovid.

Miscendas largè rivus agebat aquas.

Plaut. in Amph. Pro claris factis, diris aguntur malis, i. vexantur, cruciantur. ¶ Item pro vitam traducere. In munditiis, mollitiis, delitiis, que ætulan agitis. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 1. Quandoque audire. Terent. in Andr. Hoccine agis, an non? id est, audis, ut exponit Donatus. Sic Plautus, Vos agite spectatores. Idem Cure. sc. 2. a. 5. Hanc rem agite (i. attendite) sequitur enim, Atque advortite. Idem prol. Asin. Hoc agite, sultis (i. attendite.) Plaut. Pseud. sc. 2. a. 1. Hoc videtis, ut alias res agunt, (dixerat, vigila, expergiscere.) Hoc agite atque advortite; huc adhibete aures. Et Men. sc. 2. a. 5. Iam satis iocatus, nunc hanc rem age. ¶ Quandoque dicere. Idem in Adelph. Sed est tunc hic ipse de quo agebam? Quid opus est multas agere ambages. Idem Pseud. sc. 1. a. 5. Maximas nugæ agis, i. loqueris. Idem Asin. sc. 1. a. 1. Idem Men. sc. 2. a. 1. Nugas agis, & vana loqueris (sæpe est repetitum,) vide Nuga. Cæsar. lib. 1. de bell. civil. Pompeius eadem illa, quæ ostendat, agit (i. loquitur.) ¶ Quandoque pronuntiare, ἀγορεύειν. Cic. de optimo genere dicendi. Diserti de pronuntiate agendi multi infantes putati sunt, ut iam non sine causa Demosthenes tribuerit primas, & secundas, & tertias partes actioni, ἀγορεύειν. ¶ Quandoque cogitare. Plaut. Asin. sc. 2. a. 2. Quid consilii capiendum est? istud ago. ἀγορεύειν. Virg. Eclog.

Id quidem ago, & tacitus Lycida mecum ipse voluto.

¶ Quandoque effingere, ἀγορεύειν, ut, Ago stultum: id est, fingo, sive represento me stultum. Unde Actores comædiarum, ἀγορεύειν, dicuntur, qui diversorum hominum gestus agunt in scena. Cic. pro Quint. Roscio, Roscius lenonem Ballionem quem agit, agit Chæream. ¶ Quandoque ire, incedere, vivere, ἀγορεύειν, ut Nudus ago. Pompon. M. l. Exercent bellando animos, corpora ad consuetudinem laborum, maximè ad frigora nudi agunt ante, quam puberes sint. ¶ Agere bonum civem, est fungi boni civis officio. Cic. lib. epist. Dum mihi pacis mandata das ad Cæsarem, mirificum agis civem. Sic agere Consulem, vel Senatorem, est facere ea, quæ propria sunt Consulibus, vel Senatoribus. Cuiusmodi orationes Valerius Maximus aliquando novè per nominativum extulit, ut quum ait, Experiri voluit, an scires Consul agere: id est, fungi Consulibus officio. Idem, Publius Rutilius, non publicanus in Sicilia egit, sed operas publicanis dedit. ¶ Quandoque Agere, significat extendere, porrigere: ut, Vera gloria radices agit, atque etiam porrigit, ἀγορεύειν, ἄγειν. ¶ Agere testudinem, est admove- re, vel applicare, teste Servio in illud Virg. 2. Æneid.

obsessumque acta testitudine limen.

Sic agere vineas, & turres. Cæsar. bell. Gall. 3. Quibus fortiter resistantibus, vineas, turresque egit. ¶ Item Agitare. Plautus, Ædepol eam agam verberibus. Virg. 6. Æneid.

Prodigia æsti cœlestibus ossa piabunt.

¶ Agere cum aliquo dicimur, quum quippiam ab eo impetrare; vel aliquid ei persuadere conamur. Plaut. Asin. sc. 3. a. 1. Dedi, quod mecum egisti, id est, orasti, petisti. Cic. Attic. lib. 5. Is egit mecum accuratè multis verbis, ut tibi responderem. Idem in Lælio, Quum enim sæpe mecum ageres, ut de amicitia aliquid conficerem. ¶ Bene, vel præclare agi nobiscum dicimus, quum res nobis feliciter succedunt, nihilque habemus; de quo magno perè queri possumus, ἀγορεύειν. Cic. de Amicitia, Cum illo quidem actum optimè est, mecum autem incommodiùs. Ibidem, Cum illo quis neget actum esse præclare? Idem in Verr. act. 4. Hæc conditio fait aratorum, ut secum præclare agi putarent, si vacuos agros Apronio tradere liceret. ¶ Agitur res nostra, vel, De re nostra agitur, hoc est, ad nos pertinet, vel res nostra in discrimen adducitur. Idem pro Sext. Rosc. Tua quoque res permagna agitur. Idem pro lege Manil. Agitur enim salus lociorum, aguntur certissima pop. Rom. vestigalia, aguntur bona multorum civium. Idem de Amic. In quibus eorum de capite agatur, aut fama. Id de quo agitur (ἀγορεύειν.) Liv. lib. 34. Item, Non agitur de me, pro, res mea. Ovid. in epist. Accontii. Agitur res hodie apud iudicem, Plaut. Pseud. sc. 2. a. 2. Hæc res agetur nobis (vera) vobis fabula. Idem Capt. prolog. ¶ Agere cum aliquo tabel- lis obsequatis, est cum convincere testimonio literarum suarum. Cic. 5. Tusc. Agere cum aliquo, additis adverbis, per verbum Tractare declaratur: ut, Pacificè egit mecum, id est, Pacificè me tractavit. Non acerbè egit mecum, non iniamicè. Agere cum aliquo, item alio modo. Terent. Quid cum illis agas, qui neque ius, &c. Id est, Quod ius ab illis obtineas: sive (ut Galli loquuntur) quelle raison pourrais tu avoir de ceux, &c. Agere cum aliquo, in alia significatione, Plaut. Nihil ago tecum: hoc est, nihil mihi rei est tecum. Et pro alloqui aliquem, ut Plaut. Pseud. sc. 2. a. 1. Hedyllum tecum ago (id est, te alloquor.) Et Asin. sc. 3. a. 1. Malè agis mecum. Ubi lena bene agat. ¶ Agere & ferre, ἀγορεύειν, tristissima quidem, sed tamen prover-

Calepini Pars 1

bialis est figura. Dicitur de hostibus agros nostros excutentibus Senec. cap. 15. de Cons. ad Marc. Vastat & agit omnia, ut sua ista, &c. Item Suet. in Galba, cap. 20. & Gell. cap. ult. lib. 1. Hoc agerent ac ferrent, hortantis. Agunt & ferunt, ἀγορεύειν, ἄγειν; pro eo quod est hostili more populantur, aut vexant. Id si traducatur ad animum, non paulò fiet festivius: quemadmodum Aristoph. in Nebulis. ¶ Actum est, vel Res acta est, hoc est, perit, vel deplorata est, ἀγορεύειν, ἄγειν. Plaut. Pseud. sc. 7. a. 4. Actum est de me, morior. Et Sueton. in Nerone. c. 42. Actum de se pronuntiavit. Plaut. Pseud. sc. 1. a. 1. Actum est hodie de me. Ovid. 6. Fast. Nil agis, nil agis. Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1. Stultus es, rem actam agis. Terent. in Heaut. Unam ei cenam atque comitibus dedi: quod si iterum mihi sit danda, actum fiet. Idem, Acta hæc res est, perit: proverbialiter his verbis desperationem significamus, quæ res secundum ius Civile dicitur, quo cavetur, ne quis rem actam repetat, suamque damnationem rescindat. ¶ Actum agere, id est, nihil agere, τὸ ἀγορεύειν ἀγορεύειν. Idem in Phorm. Actum, aiunt, ne agas, τὸ ἀγορεύειν ἀγορεύειν. Forma adagii est à iudiciorum consuetudine sumpta, quæ admonet fas non esse iterum agere causam, de qua iam sit pronuntiata. Sic Plaut. Actum agis, id est, incassum laboras. Quod enim iure semel iudicatum fuerit, rescindi, & iterum agi non potest. Aliud agere, vel Alias res agere, est non esse intentum iis quæ aguntur. Cic. pro Sext. Rosc. Usque adeò animadverti, iudices, eum iocari, atque alias res agere. ¶ Pro vertere. Virg. Ipse ter adducta circum caput egit habena. ¶ Pro urgere, persequi. Idem, Pastor agens telis. Pro contorquere, ut Agere tela in aliquem. Senec. cap. 26. de Consol. ad Marc. ¶ Pro habere. Virg. 1. Æneid.

Tros, Tyriusve mihi nullo discrimine agetur, id est, habebitur. Pro ante nos pellere. Idem 1. Eclog.

en, ipse capellas

Protinus ager ago.

Suet. in Cas. cap. 68. Agere obvios, id est, repellere. Item pro præbere. Idem in Tib. cap. 6. Egit se civilem, id est, præbuit. Idem in Claud. cap. 25. Egit se non principem, sed ministrum: pro gerere. Idem in Claud. cap. 24. Agere se pro equite. Item pro exhibere, ut Agere Comædiam. Plaut. Mil. sc. 2. a. 1. Iover une comedie, ou representar: unde Actus Tragicus. Suet. in Ner. cap. 24. Et, Actui rerum, pro rebus agendis. Suet. in Claud. c. 23. Pro vehere, ducere. Varro, non hunc Pactolus aureas undas agens eriperet unquam è miseris. ¶ Pro foras pellere, fugare: ut, Membris agit atra venena. ¶ Agere in cruce, id est, tollere. Cic. & Liv. ¶ Pro celebrare: ut, Agere diem festum. ¶ Pro convocare: ut, Agere concilium. ¶ Pro emittere & exhalare: ut, agere animam. ¶ Agere etiam ad lites pertinet: significat aliquando nomen deferre, & legibus obligare reum, Fab. Quint. in Declam. Item, nolo hic meam rem agere (i. meo commodo consulere.) Plaut. Cure. sc. 2. a. 5. Hodie peregrinos absoluam, cras agam cum civibus. Idem Pseud. sc. 7. a. 4. Sed ego, quod ago, id me agere oportet. Idem Mil. sc. 2. a. 2. Item, Nihil ago tecum. Ubi est ipse tecum, mihi rem esse nolo: sunt verba sumpta è iure. Sic rem actam egit. Vide Actum. Unde emerferunt innumeræ penè loquendi formulæ: ut, Furti agere, hoc est, actionem furti intentare. Agere causas. Agere syngrapha. Lege agere, vide Lex. Lege agere ex sponso, de quo infra in dictione Sponsio. Plaut. Pseud. sc. 4. a. 2. Quid illo homine es acturus? (i. quam ad rem ufurus.) Ibid. sc. 4. a. 2. ¶ sc. 7. a. 4. Quid nunc fiet? quid agimus? Velleius. Nihil egisti Marce Antoni occidendo Ciceronem, (i. nihil promovisti, nihil tibi id profuit.) Plaut. Pseud. sc. 4. a. 2. Quid actum est? (i. quid egisti, quid promovisti?) Porro innumera sunt alia huius verbi significationes quæ passim legentibus occurrunt, ut Agere pacem. Senec. cap. 5. de Cons. ad Helu.

Oria mundus agat,

Ovid. Fast. Opus est agendo (i. pugnando.) Idem 13. Met. 4. ¶ 4. Fast. Agit palmas gemmas. Agere silentium. Quintil. ¶ c. Item, Hoc age, Hoc agite, Hoc agamus, Plaut. Vide Hoc. ¶ Agere reum, ἀγορεύειν, hoc est, accusare. ¶ Peragere reum, ἀγορεύειν, hoc est, agendo perficere ut reus condemnatur. ¶ Agere gratias, hoc est, verbis ostendere, nobis aliquid fuisse gratum. Nam gratias habere, ἀγορεύειν, pertinet ad animum, quum memorem accepti beneficii mentem animumque habeo, & invicem gratificandi voluntatem. Referre verò gratiam, ἀγορεύειν, est factò acceptum beneficium remittere; ut si à me sublevatus aliquo beneficio, vicissim aliquo modo me sublevaveris, gratias retulisti, reddidisti- que, Et licet Seneca nolit malas gratias referri posse, sed reddi: Cicero tamen in Salustium ait: Quod ista inusitata rabie in uxorem & filiam meam invasisti, quæ se facilius mulieres abstinerunt à viris, quam tu vir à viris, satis doctè ac peritè fecisti. Non enim sperasti me mutuam tibi gratiam relaturum, ut vicissim tuos compellarem. Terent. in Eunuch. Illis crucibus quæ nos nostramque adolescentiam habent despiciatui, nunc referam gratiam, atque eas itidem fallam, ut ab illis fallimur. Referre igitur gratiam, tam in malum, quam in bonum dicitur, quum sit factò beneficium, aut injuriam acceptam compensare. Rectiusque huic verbo singularem accusativum Gratiam jungimus, quam pluralem Gratias. Et contra, melius dicimus, teste Valla, Habere gratias, quam gratiam: nunquam autem, vel rarissimè, Agere gratiam, sed fere semper, Agere gratias. Livius, Satiatus tandem complexu filii, renuntiate, inquit, gratias Regi me agere: referre gratiam aliam nunc non posse, quam ut suadeam non ante in aciem descendat, quam in castra me rediisse audierit. Cic. Cui pro me Senatus gratias agendas putavit, ego à me gratiam referendam non putem? Pro eodem etiam dicimus, Respondere officiis. Planc. Cic. Immortales tibi ago gratias, agamque dum vivam; nam relaturum me affirmare non possum: tantis enim tuis officiis non videor mihi respondere posse. ¶ Agere cum populo, est populum rogare, ut suis suffragiis quid iubeat, aut veter, ἀγορεύειν. Agere cum populo dixit quoque Gell. cap. 15. lib. 4. de eo quod provocavit ad populum, & cap. 15. lib. 13. docet quid sit cum populo agere, & Agi cum populo bifariam non posse. ¶ Cuniculos agere, est specus subterraneos effodere, per quos patet in locum aliquem fiat aditus. Cic. 3. Offic. Quod si sana patet expilet





tium in agro centum viginti pedum, quod in eo boves agerentur, quum araretur uno impetu iusto, ut inquit Plin. *lib. 18. cap. 3.* Triplices autem reperuntur Actus, minimus, quadratus, & quadratus duplicatus. Minimus quatuor pedes habet latitudinis, longitudinis pedes centum viginti: quod spatium in agris erat inter vicinos. Quadratus undique centum viginti pedibus præfinitur. Quadratus duplicatus Iugerum præstat. ¶ Rursus, Actus (ut Modestinus *de servitute prædiorum rusticorum*, scribit) est ubi armenta trahere, & vehiculum ducere licet, & arva, hoc est, via qua quis pedes, vel eques commicare potest. Vide Institutiones Iustin. *lib. 2. tit. 3.* Item Actus consulationem & administrationem pecuniæ significat apud Iurifconsultos. Scævola *l. 40. D. de statulib.* Stichus servus meus actor, si rationem omnem actus sui heredi meo reddiderit, liber esto.

Activus, ἐνεργητικὸς, δραστήγιος, δραστήγιος, qui agit, fectum à Grammaticis, ut Activa significatio, & verbum activum, quod (teste Prisciano *lib. 8.*) semper actum significat, & facit ex se passivum. Activa ars. Quintil.

Activitas, & passivitas, vocabula sunt Censuræ Grammaticæ, ut apud Probum in Catholicis: secunda persona activitatis, & passivitatis.

Actuosus, laboriosus, laboris plenus. ἰσχυρὸς ἡμέλῃ, ἢ ἰσχυρὸς ἡμέλῃ. ἰσχυρὸς ἡμέλῃ, ἢ ἰσχυρὸς ἡμέλῃ. GALL. Laborieux, agile, qui represente bien les mines & contenance. ITAL. Attuoso, pronto re gesti del corpo. GERM. Der vil gebården vnd seltsame weise treibt. HISP. El que haze gestos y visages. ANGL. Full of labour. Actuosi homines, qui motu corporis maximè exercentur, ut histriones & saltatores. Et actuosus ignis apud Senecam. Actiosa vita, quæ in actione & labore versatur, non in studio & contemplatione. Et hæc activè: passivè autem quum accipitur, significat rem in qua multum sit laborandum, ut actiosa comœdia. Donat. in Terent. Hæc scena actiosa est, magis in gestu, quàm in oratione constituta. Cic. *de nat. Deor.* Virtus actiosa est.

Actuose, adverb. Magno labore, περὶ πένοντος, ἢ ἰσχυρῶς. Cic. *1. de Orat.* Quid petam prædii? quàm leniter? quàm remissè? quàm non actuose?

Actio, verb. Actus, vel operatio, administratio. ἡ πράξις, ἢ ἡ ἐπιτελευτή. ἡ πράξις, ἢ ἡ ἐπιτελευτή. ἡ πράξις, ἢ ἡ ἐπιτελευτή. GALL. Action. ITAL. Azione. GERM. Handlung. HISP. Obra, hechura. ANGL. Doing, action. ¶ Cic. *1. Offic.* Virtutis enim laus omnis in actione consistit. Apud Rhetores autem significat eam artis partem, quæ in pronuntiando & gestum agendo consistit, ἡ ἐπιτελευτή. Cic. in *Orat.* Est enim actio, quasi corporis quædam eloquentia, quum constet è voce atque motu. Quid autem sit pronuntiatio, *lib. 1. ad Heren.* explicatur: pronuntiatio, est vocis, vultus, gestus moderatio cum venustate. ¶ Quandoque Actio pro Accusatione, sive petitione accipitur, ἡ ἐπιτελευτή, quemadmodum Actor pro accusatore, ἡ ἐπιτελευτή: ut Cicero actiones in Verrem. Quint. *lib. 7.* Cujus actionem equidem solam in hoc tempus miseram. Idem, Actiones pupillares habuit puer Demosthenes. ¶ Quandoque dicitur defensio, sive oratio pro causæ defensione, aut alicuius rei, de qua agitur, ἡ ἐπιτελευτή. Cic. Quint. *Valerio*, Actionem meam C. Caesar primo suo Consulatu lege Agraria comprobavit. Item, Actio Ciceronis pro Sextio, dixit de defensione Quint. ¶ Est etiam actio, Ius agendi & iudicium intentandi, ἡ ἐπιτελευτή. Autor ad Heren. *lib. 1.* Et à causa cadit is qui agit, nisi habeat actionem. Gell. *cap. 1. lib. 5.* Is apud quem est legis actio. Quintil. Ius actionis non habes: & mox, Non licet agere. ¶ Actiones item certæ formulæ sunt apud Iureconsultos, quibus iudicium datur: vide Hotom. in *Lexic.* ¶ Dicimus etiam Gratiarum actionem, pro beneficii accepti confessione, & grata verborum redditione. Cic. *Planco*, Quamquam gratiarum actionem à te non desiderabam. ¶ Actio vitæ, pro vivendi ratione, seu modo. Cic. *3. Tuscul.* Si vitæ modum actionemque querimus, alterius mensurationibus agitandis exquirendisque alebatur, cum oblectatione solertia, qui unus suavissimus pastus animorum: alterius in cæde & injuriis, cum & diurno & nocturno metu (de Archimede mathematico, & Dionysio tyranno loquitur.) Si querimus actionem vitæ, id est, qualem uterque vitam egerit. Idem *3. Offic.* Ad eas res parandas tuendisque quibus actio vitæ continetur.

Actioarii, qui res nostras agunt. Gloss. ver. Cod. ll. ant.

Actiunculæ, diminutivum ab Actio. Plin. *Epist. lib. 3. Falconi*, Retractio enim actiunculas quædam.

Actio, as, frequentativum, oriundum, non ortum ab Ago, sed ab Acto, sicut Scriptio à Scripto, Lectio à Lecto: & propriè Actitare dicitur in causis, ἀγορεύω. Plin. iunior *ad Marcum*, Magis miraberis, si scieris illum aliquandiu causas actitasse. Cic. *de claris Orat.* Etiam M. Pontidius municeps noster multas privatas causas actitavit. Vide & Gell. *lib. 9. cap. 6.* ¶ Actitor, aris, sæpe ago. Pap.

Actor, dicitur omnis qui aliquid agit. ἡ ἐπιτελευτή, ἢ ἡ ἐπιτελευτή. GALL. Exploiteur. ITAL. Operatore. GERM. Ein thåter/ ein verhandler. HISP. El que haze. ANGL. An worker, doer. ¶ Cic. *pro Sest.* Cato & dux, & actor illarum rerum fuit. ¶ Item is qui in iudicio causam agit, ἡ ἐπιτελευτή. Idem *de Clar. Orat.* Eodem anno Miloni Rhodio Romæ dedimus operam & actori summo causarum & magistro. ¶ Apud Iurifconsultos Actoris vocabulum serè semper accipitur pro accusatore, seu petitore, hoc est, pro eo qui actionem in iudicio intentat adversus reum, ἡ ἐπιτελευτή. Ulpianus *l. qua omnia, ff. de procurat. & defensoribus.* Quæ omnia non solum ex parte rei, sed etiam in persona actoris observabatur. Item Tacit. *lib. 2.* Actori publico mancipare. ¶ Actor etiam dicitur histrio qui fabulam agit, ἡ ἐπιτελευτή. Cic. *ad Q. Fratrem*, Poëtæ boni & actores industrii in extremo actu solent esse diligentissimi. ¶ Item actor servus, dicitur idem qui dispensator, nimirum qui pecuniæ domini tum exigendæ, tum dispensandæ præest, *l. 5. de doli except. l. Stichus, de statulib.* Vulgò jam factorem appellare solemus. Col. *lib. 1. cap. 7.* Ita fit ut actor, & familia peccent, & ager sapius infametur.

Actuarius, qui acta describit veloci stylo, eaque descripta deinde recitat, Notarius. ἡ ἐπιτελευτή, ἢ ἡ ἐπιτελευτή. GALL. Notaire. ITAL. Notario. GERM. Ein Notari, so die händel schnell vnd in eyl schreibt. HISP. Aquel que escrivo lo que otro dice. ANGL. Vnhiche writteth gestis. ¶ Suet. in *Cæsare*, Quam non unquam

Augustus aestimabat magis ab actuariis exceptam, malè subsequenti- bus verba dicentis, quam ab illo editam. Actuarii vice fungi, Senec. *epist. 33.*

Actuarus, a, um, ἀγώνιος, Agilis, velox, & facilis ad circumagendum, unde Naves actuaria, ἀγώνια dicuntur, quæ leviores sunt, agiliores, quæque huc illuc quàm minimo negotio flecti possunt. Liv. *4. decad. lib. 8.* Tradito & naves, armamenta que earum, nève plures quàm decem naves actuarias, nulla quarum plus quàm triginta remis agatur, habeto. Vide Gellium *cap. 2. lib. 10.* ¶ In eadem etiam significatione Actuarium legitur neutro genere. Cic. *Attic. lib. 10.* Recorid enim arstare cum illo Rhodiorum ἀγώνια navigans quàm fuerim sollicitus. Quid duro anni tempore actuaria fore censens.

Actuariolum, diminutivum, ἡ ἐπιτελευτή. Cic. *Attic. lib. 16.* Hæc ego conscendens è Pompeiano tribui actuariolis decem scalmi, id est, remigibus earum navicularum, quæ vocantur actuaria, vel actuariola.

Actura, actio. Tertull. ¶ Actutum, adverbium temporis: ab Actu, id est, celeritate derivatum, significat enim confestim, sine dilatione. ἡ ἐπιτελευτή, ἢ ἡ ἐπιτελευτή. GALL. Tost, incontinent, soudain. ITAL. Di subito, di fatto, i continente. GERM. Seschwand / flux / eims wegs. HISP. Presto, luego. ANGL. Incontinent. ¶ Cic. *2. Philipp.* Ego mortem actutum ferendam puto. Terent. in *Phorm.* Aggredere actutum. Credo istuc nomen tibi actutum fore. Plaut. *Mos. sc. 1. a. 2.* Cedo arculam actutum. *Ibid. sc. 3. a. 1.* In pistrinum tescis actutum tradier. *ibid. sc. 1. a. 1.* Exemplo actutum tibi excundum. Idem *Mil. sc. 4. a. 2.* nisi actutum hinc abis. Idem *Amph. sc. 1. a. 1.* Redibo actutum. Illud actutum diu est. *Ibid.* Actutum cloquere. Idem *Asin. sc. 1. a. 1.* Abducio istum actutum. Idem *Capt. sc. 5. a. 3.* Age, recipe actutum. T. licet. Idem *Curc. sc. 3. a. 5.* Propera atque actutum. Idem *Men. sc. 3. a. 1. bis.* Abduce istos in tabernam actutum diverforiam, *ibid. sc. 3. a. 2.*

Agenda, vespertina, & matutina lectio. Cod. ll. ant.

Agens, auriga. Rutgerf.

Agocce, es, nomen urbis Æthiopiæ, quæ est sub Ægypto, Plin. *lib. 6. cap. 29.*

Agoga, ἀγωγή, ἢ ἀγωγή, fossæ sunt in metallis aurariis, per quas aqua aurum trahens ducitur: vide Plin. *lib. 3. cap. 4.* Helmolau Inlices vocari tradit.

Agolum, Pastorale baculum, quo pecudes aguntur. Festus, unde bacillum oblongum Gallis vocatur Gaulo. ἡ ἐπιτελευτή, ἢ ἡ ἐπιτελευτή. GALL. Baston de pasteur, houlette. ITAL. Bastone de pastore. GERM. Ein huten stæck. HISP. Cayado, ò bordon de pastor. ANGL. Agoade to prik forward, cattell. ¶ Agon, ἡ ἐπιτελευτή, ἢ ἡ ἐπιτελευτή. GALL. Tout exercice de combat, comme luites, joustes, & autres. ITAL. Agone. GERM. Kampf, obung zum streit. HISP. Contencion, porfia. ANGL. Exercise of combat. ¶ Græcis idem est quod certamen, studium, contentio, labor cum difficultate cõjunctus. Accipitur & pro loco ipsius certaminis. Vnde locus Romæ iuxta Tyberim, qui Circus Flaminius dicitur, etiam Agon appellatus fuit, quod in eo curule certamen soleat exhiberi. ¶ Fuit quoque proprium viri nomen ex Teio, de quo Plin. *lib. 33. cap. 3.* Summæ apud exteros licentiæ fuerat, Agonem Teium Alexandri Magni præfectum aureis clavis suffigere crepidas. ¶ Agones, Musici. Suet. in *Ner. cap. 20.* Vide eundem *ibid. cap. 45.*

Agonalia, ium, vel iorum, ἀγώνια, festa erant apud Romanos quotannis celebrari solita in honorem Iani (ut est apud Ovid. *1. Fast.*) aut certè in honorem Agonii Dei (ut Festus tradit) quibus agendis præesse putabatur. Hoc die Rex sacrorum arietem immolabat, ut tradit Varro *lib. 5. de ling. Lat.* Nominis rationes multæ afferuntur. Nam Varro loco iam citato, ex ritu sacrorum ductum existimat, in quibus minister strictum ad arietem iugulandum tenens cultrum, identidem rogare solet, Agon? Quam opinionem Ovidius quoque attingit his versibus,

Nominis esse potest succinctus causa minister,  
Postia cœlitibus quo feriente cadit.  
Qui calido strictos tincturus sanguine cultros,  
Semper agatne rogat, nec nisi iussus, agit.

Festus (ut diximus) ad Agonium, rerum agendarum decem, dictionis huius etymon refert. Alii ad Agonem montem, in quo die illa sacra fieri solebant, qui postea Quirinalis dictus est, ex quo in eo confederunt Sabini, in vrbs portionem recepti. Alij à certamine curuli dictum putant, quod hisce feriis antiquitus solebat celebrari. Nam Græci certamina & ludos ἀγώνια appellabant. In quam opinionem Ovidius quoque descendit, cum scribit,

Fas etiam fieri solitis atate priorum;  
Nomina de ludis Græca tulisse diem:  
Et prius antiquis dicebat Agonia sermo,  
Veraque iudicio est ultima causa meo.

Agonia, ἀγώνια, feriæ erant Romæ mense Ianuario celebrari solitæ, postea Agonalia appellata. Ovid. *1. Fastor. & 5. sub finem.* Et prius antiquus dicebat Agonia sermo.

Vide paulò antè in dictione Agonalia. ¶ Agonias quoque antiquè hostias appellabant, teste Festo, nomine ab agendo deducto. Sterilitatem quoque & impotentiam generandi, Agoniam, Græco vocabulo ἀγώνια, vocamus. ¶ Agonia, ἀγώνια; extrema est conturbationis species, quam Latini Trepidationem vocant. Quam vocem etiam sacer Interpres servavit, *cap. 22.* Et factus (inquit) in agonia prolixius orabat.

Agonisma, atis, ἀγώνισμα. Græcis est palma, sive præmium certaminis.

Agonismus, dies appellabatur, quo Rex sacrorum agonias, hoc est, hostias immolabat. Autor Festus.

Agonistæ, ἀγώνισται, qui in agone contendit, certator, pugil.

Agonius, ἀγώνιος, dicebatur Deus, qui præsidebat rebus gerendis, in cuius honorem Agonalia instituta fuisse existimavit Festus.

Agonizo, ἀγωνίζομαι, neutrum, Agonizo deponens, significat dimico, contendo. Hieronymus in *Eccles.* Agonizare pro anima tua, pro justitia. Cypri. *ad Mosen*, Omnis qui agonizatur, in omnibus continens est.

**Agonizatio**, pro agone, in vitis sanctorum Patrum *cap. 43*  
**Agōnothētā**, ἄγωνοθητή. *GALL. Le maître, ou capitaine, ou président aux jeux de combat. ITAL. Soprastante à giuochi di lotta. GERM. Ein hauptman vnd fürgefetzer der sächtschulen/ der ihnen die belohnung aufsteht. HISP. Maestro de aquellos juegos. ANGL. He which oversees the combat.* } ab ἄγών, & θήνη, Munerarius, quasi agonis dispositor, seu præfectus, qui præmium certantibus in quolibet ludorum genere proponit, qualis Achilles apud Hom. in funere Patrocli, & Aeneas apud Virg. 5. *Aeneid.* Spartianus in *Adriano*, Pro agonotheta refedit. Suidas inter Agonothetam & athlothetam ita distinguit, ut hic sit in gymniciis ludis, ἄγωνοθητής, inquit, ὁ ἐν τοῖς ἀθλοῖς ἀγωνίζῃς : ἀθλοθητής ὅ ἐν τοῖς γυμνασίοις.  
**Agōnothētā**, dicebantur qui sacris certaminibus præerant, erantque decemviri, ut scribit Iul. Poll. Prædia quæ his iam emeritis distribuiebantur, Agonothetica dicentur, sicut ea quæ ipsi Agonothetæ athletis adjudicant.  
**Agonax**, Zoroastriis fuit præceptor in arte Magica. Apud Plin. tamen *lib. 30. cap. 1.* Azonacem hunc, non Agonacem appellatum invenimus.  
**Agonensis porta**, Romæ fuit in monte Quirinali, quæ & Collina porta dicebatur.  
**Agonis, idis, Liberta Veneris Erycinæ**, apud Cic. 1. *Verr.*  
**Agoracritus**, ἀγορακρίτης, insignis statuarius fuit Phidiae discipulus, cuius opus esse creditur Veneris Ranausia signum, quam Nemefim appellavit. } *GERM. Ein aufbündiger bildhauer.* } Nam cum de facienda Veneris cum Alcame ne condiscipulo suo contenderet, suffragio imperiti populi, non arte superatus, usque ad eum rei indignitate commotus est, ut signum illud Nemefim appellaverit, cæque lege vendiderit, ne Athenis esset. Autor Plin. *lib. 36. cap. 5.*  
**Agorada**, emptio. *Gloss.*  
**Agoræus**, ἀγοραῖος, nundinarius, vilia emens, ab ἀγορά, emō : ἀγορά enim forum rerum venalium dicitur: quamvis etiam pro Concione, pro Pretio rei, pro Re vendita, & pro Foro iudiciali quandoque ponatur.  
**Agoræus panis**, ἀγοραῖον ἄρτον, dicitur qui in foro rerum venalium vendatur, de quo vide Ruell. *lib. 2. cap. 12.*  
**Agoranomus**, ἀγορανόμος, prorsus ejusdem significationis est, cuius est Ædilis: de quo in superioribus satis. Dicitur Agoranomus, à foro rerum venalium, cui regulam præscribit. Plaut. in *Capt.* Mirumque ad. è est, nisi hunc fecerunt sibi Agoranomum Ætoli. Idem *Cure. sc. 3. a. 2.* Nec Tyrannus, nec Agoranomus. Idem *Capt. sc. 1. a. 4.* Fecerunt sibi Ætoli Agoranomum.  
**Agoftus**, cavitas manus. *Onom. m.*  
**Agra**, ἄγρα, regio Læanitarum, Arabiæ populorum. Plin. *lib. 6. cap. 26.*  
**Agradatus**, ἀγραδάτης, Rex Persarum, postea Cyrus dicitur, à Cyro Perfidis fluvio. Strab. *lib. 15.*  
**Agræ**, glandula. *Isid. Gloss.*  
**Agræ**, arum, ἄραι, oppidum est mediterraneum Arcadiæ, apud Plin. *lib. 4. cap. 6.* Item Atticæ regiuncula, Dianæ ἀρειῶνας templo insignis. Vide Cæl. Rhod. *lib. 20. cap. 7.*  
**Agræi**, ἀραιῖ. Stephano, populi sunt Arabiæ in sinu Læanitico, quorum oppidum est Agra, ἄγρα, Læanitarum regia: cuius meminuit & Plin. *lib. 6. cap. 28.*  
**Agragas**, qui & Acragas, ἀγραγάς, Siciliæ mons est, & in eo oppidum eiusdem nominis, quod hodie Agrigentum vocant, vulgò *Gergento*. Virg. 3. *Aeneid.*  
*Arduus inde Agragas ostentat maxima longè A. ænia.*  
**Agragantinus**, idem ac Agrigentinus. Lucr. *lib. 1.* Quorum Agragantinus cum primis Empedocles est. Vide *Agragas*.  
**Agraphus**, ἀγραφός. } *ANGL. Not written.* } Latine non scriptus dicitur, vel non pictus. Sic Agraphum ius dicitur, quod non scriptum, sed consuetudine receptum, & à maiore populi parte approbatum est.  
**Agraphij crimen**, cum quis ex tabulis publicis ante solutionem suam nomen expunxit. Rhod.  
**Agraphum**, ius non scriptum, non pictum. Agrare, peragrare. Salmas. ||  
**Agrarius**, Agrestis, vide *Ager*.  
**Agre**, ἀγρῆ, civitas est Lydiæ, apud Stephanum.  
**Agredula**, parva rana, ab agro in quo invenitur. *Isid.*  
**Agrenon**, vestitus privatus in tragædia. Scal. ||  
**Agria**, ἀγρία, scabies quædam est statis anni temporibus revertens, curatu adeò difficilis, ut nulla penè arte sanari possit: unde & nomen habet: ἀγρία enim idem est quod immitis, vel ferox. Celsus Feram scabiem appellat.  
**Agriacantha**, ἀγριακανθα ἢ ἀκανθα ἀγρία, spina est sylvestris carduo similis, densis horrens spinis. Autor Dioscorides.  
**Agricola**, vide *Ager*.  
**Agriæa**, ἀγριαία, olea sylvestris, quam Latini vocant Oleastrum.  
**Agrigentum**, ἀγραγάς, urbs Siciliæ, quæ & Acragas, sive Agragas dicitur, ex qua Empedocles philosophus, & Phalaris tyrannorum sævissimus originem duxerunt.  
**Agrigentinus**, a, um, ἀγραγαγεῖν, possessivum, ut Tyrannus Agrigentinus, & Sal Agrigentinus, qui in igne fluit, & in aqua, vel liquore alio crepitat, quasi torreatur. Plin. *lib. 31. cap. 7.* Agrigentinus sal ignium patiens, ex aqua exsilit.  
**Agriomonia** (quam vulgò vocant) verum est eupatorium Græcorum. Ruell. *lib. 3. cap. 95.* Græcè ἀγριόμονιον.  
**Agriocardium**, ἀγριοκαρδαιον, herba eadem esse creditur cum ea, quæ alio nomine Hiberis dicitur, & Lepidium Galeno. Vide Ruell. *lib. 1.*  
**Agriodos**, Numeratur ab Ovidio inter canes Actæonis, 3. *Metam.*  
**Agriomardou**, ἄγρια μάρδου. *GALL. Valeriane. ITAL. Valeriana. GERM. Baldrian. HISP. Hierba benedicta. ANGL. Valerian.* } Herba est folio oleris atrii, quam Dioscorides, φῶ: nonnulli etiam Nardum Creticum appellant. Recentiores vocant Valerianam majorem.

**Agriomonia**, festa erant apud Bæotios, quæ in honorem Bacchi quotannis celebrabantur.  
**Agriophagi**, ἀγριοφάγοι, Æthiopum populi sunt, solis ferarum carnibus vescentes, Solinus in Plin. *lib. 6. cap. 30.*  
**Agriophagita**, Cyclopes dicuntur, vel monoculi, quia unum habent oculum in média fronte ad modum cycli. Hos India gignit.  
**Agriophyllum**, ἄγριοφυλλον. *GALL. Fencuil de porc. ITAL. Peucedano. GERM. Hanstrang/ oder serofentel. HISP. Hervatu.* } Herba est alio nomine Peucedanum dicta. Vide Diosc.  
**Agriofelinon**, ἀγριοφελίνιον, herba eadem cum hippofelino. Diosc.  
**Agripera**, vide *Ager*.  
**Agrippa**, ἀγρίππης, Sylvius Tyberini Latinorum regis filius, qui submerso patri successit in regnum, & quum quadraginta annis regnasset, moriens Romulum filium regni reliquit hæredem. Vide Livium 1. *ab Urb.*  
**Agrippæ**, quasi Ægrippæ, ab ægro partu (ut docet Gellius *c. 16. lib. 16.*) dicuntur, quorum nascendo non caput, sed pedes primi exierunt, qui partus difficillimus, & ægerrimus habetur: ab ægritudine & pedibus appellati. Confixos autem pueros esse in utero Varro scribit, capite infimo nixos, sursum pedibus elatis, non ut hominis natura est, sed ut arboris. Nam pedes cruraque arboris appellant ramos: caput, stirpem, atque radicem. Quando, inquit, contra naturam fortè conversi in pedes, brachiisque plerumque diductis retineri solent, ægrius tunc mulieres enituntur. } Fuerunt autem multi sic appellati, quorum unus fuit Menenius Romanus, cognomento Lanatus, qui de Sabinis triumphavit, & populum qui à patribus secesserat, in gratiam revocavit, narrato apologo de membris adversus ventrem conspirantibus. Hic tam pauper decessit, ut collatis in singula capita sextantibus publico sumptu elatus sit. } Alter Sylvius Agrippa, duodecimus Latinorum rex, cuius meminimus paulò antè. } Item M. Agrippa, Augusti gener, navali victoria contra Sext. Pompeium insignis, de quo Virg. *lib. 8.*  
*Parte alia ventis, & Diis Agrippa secundis.*  
**Item Herodes Agrippa**, secundus Galilæorum Tetrarcha, Herodis primi Iudæorum Regis filius, qui Christum illusum remisit ad Pilatum. } Fuit præterea alius hoc nomine Aristobuli filius, quem à Tiberio in vincula coniectum Caligula soluit, regemque Iudæorum constituit. Vide Iosephum, & ea quæ infra annotavimus in dictione *Herodes*. Agrippa nepos Tiberii. Ovid. 4. *Fast.*  
**Agrippias**, Agrippiædis, urbs quæ prius Anthedon dicebatur, ab Herode postea dicta Agrippias.  
**Agrippina**, ἀγριππίνη, M. Agrippæ filia, & neptis Augusti, & uxor Germanici, quem etiam in Syriam comitata est: ubi quum ille misto à Cn. Pisone veneno interiisset, cineres eius in Italiam reportavit, & Iuliæ familiæ monumento intulit, Pisonemque iudicio persequuta ad spontaneam necem adegit. Postremò apud Tiberium Cæsarem nullo suo merito in invidiam adducta, inedia sibi mortem conscivit. } Julia Agrippina, Germanici & superioris Agrippinæ filia fuit, quæ primùm C. Domitio Enobarbo nupsit, cui Neronem peperit, mortuòque Domitio, novo quodam exemplo cum Claudio Cæsare patruo secundas nuptias contraxit: quem, ut Neroni filio suo expeditam ad imperium viam sterneret, venenato boleto sustulit. Tandem infinitis nobilissimorum virorum cædibus grassata, immisissis Neronis percussoribus multis vulneribus confossa est, illud identidem clamitans, Ferri ventrem, qui monstrum tam ferum tulit. Utriusque vitam vide latius apud Tacitum.  
**Agrippina**, sive Agrippinensis Colonia, urbs est celeberrima ad Rhenum fluvium, Ubiorum metropolis, nomen habens ab Agrippina Neronis matre, quæ ut patriam (ibi enim nata erat) splendidiorem redderet, sociisque etiam nationibus potentiam suam ostentaret, Veteranorum coloniam eò deduci imperavit. } *GERM. Die stat Cöln am Rhein.* } Vide Tacitum *Annal. lib. 12.*  
**Agrippum**, Lacones oleam sylvestrem vocant. Vnde adagium, Sterilior Agrippum, ἀγριππῶν ὀλεα : de iis qui extremæ sunt paupertatis, neque quicquam facultatum possident. Quadrat & in ignavos, nulliusque industriæ homines. Autores Zenodotus & Suidas.  
**Agrius**, herba tum præcipuâ dulcedine, tum hominibus ac iumentis utilis in primis usus: ea potissimum Ægyptii vescabantur. Diodor. Sicul. *lib. 2. cap. 1.*  
**Agrius**, ἀγριός, Martis ex Parthaone filio nepos, & Thersitæ pater, teste Homero, cuius nihil præter nudum nomen ad nos pervenit. } Fuit & Agrius Ulyssis ex Circe filius, ut autor est Hesiod. in *Theog.*  
**Agron**, ἀγρον, primus qui ex Heraclidis Sardibus regnavit. Herod. *lib. 1.* } **Agron Illyriorum Rex**, qui quum Ætolos superbissimos populos bello domisset, tanta se præ gaudio vini copia obruit, ut pleuritide correptus, subito fuerit extinctus. Autor Polybius. } **Agron præterea** apud Cæl. Rhod. *lib. 4. cap. 22.* medicus summè laudatus, quod Athenas magna pestilentia vi sævius infestante, affectorum plerisque salutarem tulisset opem, accensis in proximo ignibus. } **Agron Nini filius** à Græcis dicitur, quod in agris natus esset, apud eundem Cæl. *lib. 3. cap. 5.*  
**Agrosipi**, ἀγροσπί, populi Arabiæ, apud Plin. *lib. 6. cap. 30.*  
**Agrostes**, ἀγροστής, Phalangii species, apud Nicandrum.  
**Agrostis**, ἄγροστη. *GALL. Dent du chien. ITAL. Gramigna. HISP. Grama.* } Herba est genicularis per terram ramulis serpens, folia habens oblonga acuminata, in modum parvæ arundinis, qua boves jumenta que pascuntur. Latini Gramen appellant. Vide Diosc. *lib. 4. cap. 26.*  
**Agrosus**, mons est, ubi nunc Roma, quem Faunus rex Evandro ex Arcadia pulso concessit, quem ille postmodum Platinum appellavit.  
**Aguæ**, spinæ. *Fest.*  
**Agumentum**, quod ex immolata hostia defectum in iecore imponendo augendi causa. Varro.  
**Aguntum**, ἀγυτον, Ptolomæo, oppidum est Norici, quod & à Plinio recensetur *lib. 3. cap. 24.*  
**Agya**, ἀγυα Stephano, vide *Agyeus*.  
**Agyicus**, ἀγυκός, per tres syllabas, proprium est Apollinis epitheton, dictum